DISSERTATIO LITTERARIA

DE

USU PARTICULAE CONDITIONALIS APUD ARISTOPHANEM.

Stoomdrukkerij van J. B. Wolters.

DISSERTATIO LITTERARIA

DE

USU PARTICULAE CONDITIONALIS APUD ARISTOPHANEM,

QUAM

ANNUENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

DR. E. MULDER,

in phil. nat. fac. professoris,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE

ET LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM DISCIPLINA

HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTET

FREDERICUS HENRICUS COENEN,

Ganda Gelrus.

AD DIEM XXIX M. SEPTEMBRIS MDCCCLXXIX, HORA III.

GRONINGAE, APUD J. B. WOLTERS, MDCCCLXXIX.

INDEX.

—

PROOEMIUM.

De usu particularum in lingua Graeca, earum significatione et constructione viri docti inquisiverunt aut de industria aut ad singulos auctorum locos explicandos. Inter eos Godofridus Hermannus librum composuit ad particulam ἂν explicandam. Is autem dicit se de hac particula scripsisse ea mente, ut magis fundamenta iacere doctrinae, qua huius ratio particulae contineretur, quam omnia, quae explananda esse intellegeret, accurate pertractare sibi proposuerit. Quam ob rem non inanem laborem fore putavi, post eius aliorumque virorum doctissimorum curas, ea quae ad Aristophanem pertinerent de integro disquirere; itaque locos collegi, qui mihi, Comicum illum ad hoc propositum legenti, se obtulerunt.

His locis collectis, dispositis, pertractatis, libellum composui, quod specimen sit studiorum meorum ad summos in litteris consequendos honores.

Cum igitur ad finem pergam studiorum academicorum

1

publice gratum animum profiteor erga eos Professores, qui mihi et studiis meis profuerunt; imprimis erga Te, Vir Clarissime VAN HERWERDEN, Promotor Aestimatissime, qui per aliquot annos magna doctrina me erudivisti, et cuius benevolentia eximia et per illos annos et deinde usque ad hoc ipsum tempus frui mihi contigit. Nunc igitur quam maximas accipe gratias. Erit vita Tibi et Collegis tuis felix et longaeva, si mea vota valebunt.

Vobis valedico, qui in Academia mihi fuistis commilitones amici. Ne vincula laxentur, quae nos coniunxerunt, obveniant nobis multae occasiones, quibus artius constringi possint.

CAPUT I.

PARTICULA ἂν IN ORATIONE RECTA.

Duo praecipua genera sunt sententiarum ad quas construendas ἂν adhibetur, alterum orationis rectae, alterum obliquae, tamque diversa est significatio et constructio in utroque genere, ut eas separatim tractandas statuerim. Eas autem sententias orationis obliquae separatim a sententiis orationis rectae tractare volo, ubi ἂν propter ipsam naturam orationis obliquae adhibetur, exempli gratia ad coniunctivum in sententia relativa, temporali, conditionali et finali et in quaestione indirecta. Sunt enim tempora et modi verbi, quorum significatio particula ἂν adhibita eodem modo semper mutatur, sive haec in oratione recta adhibentur, sive in obliqua: e. g., quod attinet ad particulam ἂν, perinde est, utrum optativus potentialis vel praeteritum cum ἂν adhibeatur in oratione recta, an in obliqua. Cf. Av. vs. 196, 628, 1129, Nub. vs. 1151, 1182.

In oratione recta ἂν potest aut omnino mutare significationem temporis vel modi verbi, aut ei aliquid novi addere. Optativus modus in oratione recta plerumque

votum significat, sed cum particula ἄν constructus (optativus potentialis) aut significationi fut. ind. quodammodo congruit, aut indicat aliquid, quod fieri possit. Praeterito ind. ἄν addere potest significationem repetitionis; praeterea cum hac particula constructum praeteritum ind. omnino aliud quid indicare potest, quam vulgo significat. Adhiberi enim potest in re non facta, ut verbis utar Hermanni (De part. ἄν Lib. I, cap. 10). Infinitivo particula ἄν significationem tribuere potest aut futuri aut dubitationis; diversis igitur rationibus significationem temporum et modorum verbi potest mutare, quas rationes iam explicabimus.

A. Modus potentialis.

§ 1. *De modo potentiali universe.*

Optativus potentialis sicut futurum indicativi aliquid significat, quod mente tantum concipitur.

Aut certo affirmare possumus id, quod nobis futurum esse videtur, et futurum indicativi adhibemus, aut cum aliqua dubitatione praedicere possumus, ubi optativo potentiali locus est. Quod nulla dubitatione praedicitur, uno tantum eodemque modo intellegi potest; si autem semel admissa est dubitatio, tum dubitationis gradus aut rerum vocabulorumque contextu indicari potest, aut nullo certo indicio terminari. Quare patet fut. ind. vulgo unam eandemque significationem habere, optativum vero potentialem aut futuro ind. congruere aut ab eo differre, prout sententia postulat.

§ 2. *De Futuro indicativi.*

Vulgo, inquam, fut. ind. unam eandemque significationem habet, non semper tamen hoc usu venit. Nonnunquam enim etiam futuro ind. significatio quaedam dubitationis attribuitur. E. g. Aristoph. Nub. vs. 1416 Phidippides, qui patrem iure a se plecti vult probare, id, quod putat patrem ipsi obiecturum esse praevertit his verbis:

φήσεις νομίζεσθαι σὺ παιδὸς τοῦτο τοὔργον εἶναι·

dices (fortasse) pueri hoc esse solere. Futuro indicativi Phidippides hic non certo affirmat, quod ei fore videtur, sed tantummodo dicit, quod fieri posse putat, quam ob rem pergit optativo potentiali:

ἐγὼ δέ γ' ἀντείποιμ' ἄν, ὡς δὶς παῖδες οἱ γέροντες.

Cf. Cap. I A. § 4.

Quamvis rara sit haec significatio futuri indicativi, nisi conditione addita, sicut Eccl. vs. 247 seqq., tamen ei congruit, quod Hermannus (l. l. Lib. II Cap. 2) dicit: »Id tempus ortum esse ex aoristo coniunctivi et e praedictione cum dubitatione sensim certam affirmationem provenisse.” Ad hanc opinionem probandam nonnullos locos memorat e dialecto Homerica collectos, ubi aor. coni. loco futuri ind. adhibetur. Cf. Buttmannus, Graeca syntaxis § 139 A 8 et loci ex Homero ab eo collecti, ubi aor. coni. correpta littera vocali formam futuri ind. et praesentis ind. accepit.

»Itaque, inquit Hermannus l. l., coniunctivo usi sunt

Graeci veterrimi, donec futuro invento, ubi quid simpliciter futurum dicere vellent, futuri formam usurpare coeperunt, coniunctivum autem ibi servarunt, ubi aliqua deliberatio locum habere videretur."

Quo fit ut non semper liqueat, utrum futurum ind. adhibendum sit, an aor. coni. deliberativi. Aristoph. Plut. vs. 1027 autem Beckerus futurum ποιήσει recte, me iudice, in ποιήσῃ mutavit, quia Chremulus non rogat, quid facturus sit deus, sed quid ei faciendum sit.

§ 3. *De optativo potentiali coniunctivo deliberativo congruenti.*

Hermanni animadversioni quam supra attuli consentaneum est, quod opt. pot. nonnunquam loco coniunctivi deliberativi usurpatur. Nub. vs. 79.

πῶς δῆτ' ἂν ἥδιστ' αὐτὸν ἐπεγείραιμι; πῶς;

Cf. Av. vs. 173 et 172, ubi Dindorfius τί ἂν οὖν ποιοῖμεν, Cobetus autem τί οὖν ποιῶμεν legendum putat Cf. Thesm. vs. 768, ubi Porsonus optativo ἄν. addidit, et merito quidem, quod merus optativus non hoc sensu usurpatur sed coniunctivus cf. Nub. vs. 87, 798, 1378. Av. vs. 164, 1640, 1432. Huic autem coni. deliberativo non particula ἂν apponitur. Itaque Nub. vs. 845 cod. Rav. non recte habet πότερ' ἂν παρανοίας αὐτὸν εἰσαγαγὼν ἕλω; quod esse oportet πότερον vel πότερα παρανοίας κτέ. Cf. Nub. vs. 638. De Plut. vs. 374 et 438 vid. Herm. l. l. Lib. III Cap. 5 (pag. 158); de Plut. vs. 1027 vid. supra Cap. I. A. § 2.

§ 4. *De aoristo optativi cum ἄν comparato cum futuro indicativi.*

Ubi opt. pot. coniunctivo deliberativo congruit, plerumque a fut. ind. nonnihil differt; saepe autem e rerum vocabulorumque contextu lucide apparet optativum cum ἄν praesertim aor. omnino idem significare ac fut. ind.

1⁰. Ubi aor. opt. cum ἄν eundem locum in sententia obtinet quem fut. ind. Ach. vs. 403:

οὐ γάρ ἂν ἀπέλθοιμ' ἀλλὰ κόψω τὴν θύραν.

Cf. Pac. vs. 1086 seqq., Eccl. vs. 921, Ὧραι apud Athenaeum 9 p. 372 b. (Dindorfius fr. 476), ubi ἴδοις ἄν eundem locum in sententia habet quem ὄψει.

Videamus adhuc unum locum animadversione dignum, Eccl. vs. 247 seqq. Mulieri A. Praxagoram concionaturam roganti, quid haec responsura sit, si Cephalus quidam eam increpet in concione, haec dicit se responsuram esse *eum insipere;* roganti deinde, quid responsura sit, si Neoclides eam increpet, dicit *se hunc iussisse canis anum conspicere:*

τούτῳ μὲν εἶπον ἐς κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν.

Porro sequitur cetera confessio Praxagorae, quid factura sit, si hoc illudve in concione ipsi concionanti accidat.

Verba φήσω vs. 250, προσκινήσομαι vs. 256, ἐξαγκωνιῶ vs.

259 eundem locum in sententia occupant. Si pro εἶπον vs. 255 etiam futurum tempus esset, ceteris congrueret. Quamvis igitur teste Dind. l. l. lectionem εἶπον Scholiasta ad Ach. vs. 863 et Suidas in voce τούτῳ μέν confirment, tamen legunt nonnulli εἴποιμ', quod puto intellegi pro εἴποιμ' ἄν. Non autem ἄν eiusmodi loco omitti posse usquam repperi, neque mihi placet mutatum vocabulum ἐς in ἄν, quia hac praepositione sententia vix carere potest. Ergo est quod reprehendam, sive legitur τούτῳ μὲν εἶπον ἐς κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν, quod mea quidem sententia non bene responderet interrogationi mulieris A vs. 254 τί δέ (scil. ἀντερεῖς), sive τούτῳ μὲν εἴποιμ' ἐς κτλ. quod hic optativus particula ἄν indigeret, seu τούτῳ μὲν εἴποιμ' ἂν κυνὸς κτλ. quod necessaria praepositio ἐς omissa foret.

2°. Aor. opt. cum ἄν significationem futuri indicativi habet in sententiis, ad quas construendas plerumque fut. ind. adhibetur, velut:

a) In interrogationibus, quae loco imperativi adhibentur. Vesp. vs. 484:

ἆρ' ἄν, ὦ πρὸς τῶν θεῶν, ὑμεῖς ἀπαλλαχθεῖτέ μου;

ubi vocabula ὦ πρὸς τῶν θεῶν indicant hic aor. opt. cum ἄν adhiberi loco imperativi. De collocatione particulae ἄν vid. Cap. IV § 1.

b) Ad formulam ἔσθ' ὅπως, quae legitur Nub. vs. 1181 vel ἔστιν ὅπως Av. vs. 628 videamus Vesp. vs. 471:

ἔσθ' ὅπως ἄνευ μάχης καὶ τῆς κατοξείας βοῆς
ἐς λόγους ἔλθοιμεν ἀλλήλοισι καὶ διαλλαγάς;

Aut pro optativo ἔλθοιμεν coniunctivus deliberativus

ponendus est, qui in nonnullis MSS legitur (vid. Dind. l. l.), aut ad optativum particulam ἄν desideramus, quam ob rem Hermannus vocabulum ἄνευ in ἂν ἐκ mutavit. (Vid. Dind. l. l.). Equidem huic Hermanni emendationi assentior cum propter articulum τῆς, quae κατοξείας βοῆς definit, tum quia vocabula ἄνευ μάχης abundant ad versum sequentem; non enim ἄνευ μάχης sed ἐκ μάχης i. e. post pugnam, pacem componimus. Verba ἐκ μάχης autem sententiae perspicuitatem augent.

c) In sententiis finalibus, quae a coniunctione ὅπως incipiunt. Cf. Eccl. vs. 881. Videamus autem Eccl. vs. 916:

κάλει τὸν Ὀρθαγόραν, ὅπως
σαυτῆς κατόναι', ἀντιβολῶ σε.

Nullo modo hic opt. explicari potest nisi adiecta secundum Hermannum particula ἄν. (Vid. Dind. l. l.). Cf. Cap. II § 4.

3⁰. Aor. opt. cum ἄν eandem significationem habere quam fut. ind. patet, si propter sententiam sequentem fut. ind. fuit expectandum; e. g. Plut. vs. 279 seqq. Choro roganti Carionem, quam ob rem ipsos vocaverit hic respondet 284: ἀλλ' οὐκέτ' ἂν κρύψαιμι, *at non amplius celabo*, et statim narrat id quod his verbis promisit: τὸν Πλοῦτον γάρ, ὦνδρες, ἥκει ἄγων ὁ δεσπότης, quasi fut. ind. adhibitum esset. Cf. Av. vs. 201: πῶς δῆτ' ἂν αὐτοὺς συγκαλέσειας; Cui quaestioni Pithetaeri Epops respondet futuris ind. καλοῦμεν et θεύσονται, unde patet etiam hunc aor. opt. cum ἄν futuri ind. significationem habere.

De aoristo optativi cum ἄν coniuncto cum sententia conditionali, temporali vel relativa, quae incipit a con-

iunctione ἢν, ὅταν, vel pronomine relativo cum ἂν et quae cum coniunctivo construitur, vid. Cap. II § 2 et § 5, 2⁰; item de aor. opt. cum ἂν coniuncto cum sententia conditionali, quae construitur cum fut. ind. vid. Cap. II § 5, 2⁰.

4⁰. Praeterea aor. opt. cum ἂν significationem fut. ind. habet Av. vs. 598, ubi ἂν μείναιμι eundem locum in sententia obtinet quem praes. ind. κτῶμαι et ναυκληρῶ, quae praesentia autem hic futuri significationem habent. Cf. Ran. vs. 830, ubi Euripides, Nub. vs. 783, ubi Socrates optativo potentiali praedicit, quid sibi fore videatur. De vitiato medio διδαξαίμην vid. Cap. IV § 2.

Nonnunquam incertum est utrum aor. opt. cum ἂν cum fut. ind. conveniat an non conveniat. E. g. Av. vs. 198:

τίς ἂν οὖν τὸ πρᾶγμ' αὐτοῖς διηγήσαιτο;

Perinde est sive vertis: »*quisnam igitur rem iiscum communicabit?*" sive dicis: »*communicaret*" (*si scil. hoc fieri potest.*)

Saepe aor. opt. cum ἂν sine controversia a fut. ind. differt, quod interdum manifesto apparet, e conditione, quae ab eo pendet, sive verbis expressa (cf. Cap. II § 2) sive cogitata tantum. Conferatur Ran. vs. 134 cum vs. 135:

ἀλλ' ἀπολέσαιμ' ἂν ἐγκεφάλου θρίω δύο
οὐκ ἂν βαδίσαιμι τὴν ὁδὸν ταύτην.

Hercules enim Baccho suadet, ut se ab alta turri praecipitet, cui hic respondet se amissurum esse duas (i. e. ambas) partes cerebri (scil. si hoc faciat); sed versu sequenti dicit quid revera non facturus sit. Alter igi-

tur aor. opt. cum ἂν a fut. ind. differt, alter prorsus eandem quam fut. ind. significationem habet. Cf. Nub. vs. 1194:

> οὐκ ἂν πιθοίμην· οὐ γὰρ ἂν τλαίην ἰδεῖν
> τοὺς ἱππέας τὸ χρῶμα διακεκναισμένος.

ἂν τλαίην non eundem locum in sententia occupat quem ἂν πιθοίμην, quod magis causam indicat, qua praegressa id consequeretur, quod opt. pot. ἂν τλαίην significatur: *Non obtemperaturus sum: non enim (scil. si obtemperassem) sustinerem conspicere equites.*

Verba ἂν πιθοίμην significationi futuri ind. appropinquant, quia Phidippides dicit, quid revera non facturus sit, sed ἂν τλαίην a significatione fut. ind. differre apparet e conditione, quae ex eo qui antecedit optativo potentiali huic mente addenda est.

Idem fere est discrimen inter sententiam, qua Nub. vs. 1417 opt. pot. ἀντείποιμ' ἄν, et qua ibid. vs. 1416 fut. ind. φήσεις usurpatur. Optativo potentiali enim mente addenda est conditio e praecedenti futuro sumta.

Fere, inquam, idem est discrimen, non autem prorsus idem; vs. 1194 ἂν τλαίην enim habet conditionem, quae est sententia proximo optativo potentiali opposita οὐκ ἂν πιθοίμην, οὐ γὰρ ἂν τλαίην ἰδεῖν (scil. εἰ πιθοίμην), ἀντείποιμ' ἂν autem habet conditionem ex ipso praecedenti futuro sumtam. Legimus enim l. l.:

> φήσεις νομίζεσθαι σὺ παιδὸς τοῦτο τοὔργον εἶναι
> ἐγὼ δέ γ' ἀντείποιμ' ἂν (scil. εἰ φαίης).

Qua re patet hoc futurum significare praedictionem

cum dubitatione, de qua re Cap. I A § 2 diximus. Cf. porro Av. vs. 45, 370, 1017, Nub. vs. 753, 1231, 1432, Eccl. vs. 806, Plut. vs. 1035.

Aor. opt. cum ἂν sine conditione, qui nihilominus a fut. ind. multum differt, plerumque occurrit in interrogationibus.

Av. vs. 373:

> πῶς δ' ἄν οἵδ' ἡμᾶς τι χρήσιμον διδάξειάν ποτε
> ἢ φράσειαν, ὄντες ἐχθροὶ τοῖσι πάπποις τοῖς ἐμοῖς;

Ubi participium ὄντες usurpatur non loco sententiae conditionalis (*si sint*) sed relativae (*qui sunt*).

Aliter vero explicandum est participium Vesp. vs. 1195: πῶς ἂν μαχέσαιτο παγκράτιον θώρακ' ἔχων, ubi ἔχων idem significat ac si legeretur εἰ ἔχοι (πῶς V. πῶς δ' ἂν ceteri cf. Dind. l. l.).

Cf. Thesm. vs. 715:

> τίς ἄν σοι, τίς ἂν ξύμμαχος ἐκ θεῶν
> ἀθανάτων ἔλθοι ξὺν ἀδίκοις ἔργοις;

ubi Brunckius τίς οὖν σοι in τίς ἄν σοι recte mutavit. (Vid. Dind. l. l.).

Conf. porro Av. vs. 1437, Nub. vs. 729, 874, 1086, 1183, 1333 et supra, Cap. I A § 3.

§ 5. *Praesens optativi cum ἂν.*

Etiam praesenti opt. cum ἂν, qui a fut. ind. differt, adiuncta est conditio aut verbis expressa aut cogitata tantum. Cf. Nub. vs. 422:

ἀμέλει, θαρρῶν οὕνεκα τούτων ἐπιχαλκεύειν παρέχοιμ' ἄν.

(scil. εἰ χρείη). Cf. Nub. vs. 647. Av. vs. 669, 892. Vesp. 348: ὡς πᾶν ἔγωγε ποιοίην.

Ad quem opt. particulam ἄν desideramus, quae post πᾶν facile excidisse potest, et recte a Bentleio addita est. (Vid. Dind. l. l.).

Praes. opt. cum ἄν quod a fut. ind. differt, nisi haec conditio est addita, sicut aor. opt. plerumque occurrit in interrogationibus. Cf. Av. vs. 127.

De optativo potentiali pro coniunctivo deliberativo adhibito vid. Cap. I A § 3.

Nonnunquam praes. opt. cum ἄν in interrogationibus significationem habet praes. ind. Exemplum videmus in fragm. Aristophanis Γηρυτάδου apud Athenaeum XII pag. 551 a (vid. Dindf. ragm. 198):

α. καὶ τίνες ἂν εἶεν; β. πρῶτα μὲν Σαννυρίων κτέ.

Hic ἂν εἶεν prorsus idem significat ac si εἰσίν legeretur.

Nonnunquam, quamvis rarius quam *aor.*, etiam *praes.* opt. cum ἄν significationem futuri ind. habet. Indicia eius similitudinis eadem sunt, quae ad aor. opt. memoravimus. E. g. Plut. vs. 874:

σὺ μὲν εἰς ἀγορὰν ἰὼν ταχέως οὐκ ἂν φθάνοις;

ubi praes. opt. cum ἄν sicut fut. ind. loco imperativi adhibetur. Cf. Cap. I A. § 4. 2° *a*). Bergkius et Meinekius signum interrogationis temere omiserunt. Vid. Dind. l. l.

Eq. 40:

λέγοιμ' ἂν ἤδη. νῷν γάρ ἐστι δεσπότης
ἄγροικος ὀργήν,

verbis λέγοιμ' ἂν ἤδη Οἰκέτης A promittit se facturum esse, quod statim sequitur, unde patet opt. pot. idem esse ac si dixisset ἐρῶ. Cf. Cap. I A. § 4. 3. Cf. Lys. vs. 97 ubi Lysistrata se iam imperio Myrrhinae obtemperaturam esse promittit verbis λέγοιμ' ἂν ἤδη. Cf. porro Eq. vs. 750, 1110.

§ 6. *De opt. pot. pro Imperativo.*

Opt. pot. nonnunquam adhibetur loco imperativi, si quis modeste aliquid jubet aut petit. E. g. Pac. vs. 957 seqq. Ubi Trygaeus servum imperativo iubet circumire aram:

περίιθι τὸν βωμὸν ταχέως ἐπιδέξια.

Servus autem opt. pot. dominum rogat, ut quid novi imperet; se enim iam fecisse quae iussus sit facere:

ἰδού· λέγοις ἂν ἄλλο· περιελήλυθα.

Cf. Eq. vs. 1161 θέοιτ' ἄν. Vid. porro Krügeri Gr. Synt. § 54. 3. A. 8.

Non cum hoc optativo potentiali confundendus est ille, quem supra memoravimus (Cap. I A. § 4. 2° *a* et Cap. I A § 5), qui adhibetur in interrogationibus et nonnunquam coniuncta est cum particula negationis ad imperativum indicandum.

§ 7. Ἄν *cum futuro optativi.*

De particula ἄν cum fut. optativi dicit Hermannus (Lib. III Cap. 7) se vix putare exempla huius constructionis, quae non mendosa sint inventum iri, quia praes. et aor. opt. cum ἄν iam ad res futuras referantur. Ad hanc animadversionem illustrandam memorat Vesp. vs. 1094 seqq., ubi ὅς ἄν e ὅστις ἄν cod. Rav. et Ven. in ὅστις mutavit, recte, me iudice; quid vero sibi veliut verbis quae sequuntur: »*Quin si quis ita* (*i. e.* γενήσοιτ' ἄν) *loqueretur*, *videretur ille praesentia ac praeterita excludere*" non optime me intellegere fateor.

Sed quod ad sententias in oratione recta attinet, illi animadversioni addere velim optativum praesentis vel aoristi cum ἄν aut dubitationis aut futuri significationem habere, sicut supra vidimus. (Cf. Cap. I A § 4 et 5). Quid igitur futuro optativi utenti quo hae ambae significationes concluduntur, illa particula opus est? Quod autem ad sententias in oratione obliqua attinet, vid. Cap. II § 1.

B. Praeteritum cum ἄν.

§ 1. *Praeteritum modi potentialis.*

Optativus potentialis significat actionem sive statum aut temporis futuri et tum plus minusve futuro ind. congruit, aut temporis praesentis, sed etiam tum mente tantum

concipitur id, quod opt. pot. indicatur; neque eo unquam indicatur, quid praesenti tempore revera locum habeat, sed saepe, quid hoc tempore fieri possit, si conditioni cuidam fuerit satisfactum.

Quid praesenti tempore revera locum habeat, semper refert praesens indic., quid ante hoc tempus revera factum sit, praeteritum ind. Quid autem ante hoc tempus fieri potuerit, si conditioni cuidam sit satisfactum, significat praet. ind. cum ἄν. Hoc igitur est tempus praeteritum modi potentialis, cuius praeteriti duo sunt genera.

Aut nullo indicio indicatur, an conditioni sit satisfactum, aut e vocabulorum contextu patet conditioni non esse satisfactum, neque igitur factum esse aut fieri id, quod praet. cum ἄν significat, quam ob rem hoc cum Hermanno *praet. cum ἄν in re non facta* appellamus (vid. Herm. Lib. I Cap. 10).

Videamus exempla generis prioris.

Av. vs. 287. Euelpides interrogat epopa, de ave quadam. Cui epops respondet est »κατωφαγᾶς." Tum Euelpides: »Num est igitur, inquit, alius quis κατωφαγᾶς quam Cleonymus?" Itaque Pithetaero Euelpides putare videtur hanc avem esse Cleonymum. Si Pithetaerus dixisset eam non esse Cleonymum, quia non abiecisset clypeum, tum usus esset his verbis: εἰ Κλεώνυμός γ' ἦν, ἀπέβαλεν ἂν τὸν λόφον.

Tum conditioni non esse satisfactum pateret. Sed nihil aliud rogat quam quomodo duae contrariae res congruere possint, et nescire videtur, utrum conditioni Κλεώνυμός γ' ὢν i. e. εἰ Κλεώνυμός γ' ἐστι, *si Cleonymus revera est*, sit satisfactum necne.

Itaque sententia:

πῶς ἂν οὖν Κλεώνυμός γ' ὢν οὐκ ἀπέβαλε τὸν λόφον;

nihil aliud est quam praeteritum optativi potentialis: πῶς ἂν οὖν Κλεώνυμός γ' ὢν (i. e. εἰ Κλ. εἴη, si Cl. sit) οὐκ ἀποβάλοι τὸν λόφον;

Vid. Nub. vs. 680, ubi Strepsiades secum repetit id, quod a Socrate audivit, non oportere dici κάρδοπον sed καρδόπην. Praesenti tempore dixisset: ἐκεῖνο δ' ἂν εἴη καρδόπη, Κλεωνύμη, scil. εἰ ὀρθῶς λέγοιμεν. Sed, quia iam antea hoc a Socrate audivit, praeterito tempore utitur:

ἐκεῖνο δ' ἦν ἂν καρδόπη Κλεωνύμη,

quod est igitur praeteritum optativi potentialis. Huc quoque pertinet:

Av. vs. 1358, ubi Pithetaero, qui dixit legem apud se iubere patrem nutriri, parricida ironice respondet, se igitur profecisse suo itinere, si pater quoque sibi sit nutriendus. Quod praesenti tempore esset: ἀπολαύσαιμί τ' ἄρ' ἂν νὴ Δί' ἰὼν ἐνθαδί, εἴπερ γέ μοι καὶ τὸν πατέρα βοσκητέον (scil εἴη), id est praeterito: ἀπέλαυσά τ' ἄρ' ἂν κτέ quod est praet. opt. pot., dum non patet utrum conditioni sit satisfactum necne.

Alio modo explicandus est hic locus:

Ὧραι Ath. IX p. 372*b* vid. Dind. fragm. 476:

ἀπέλαυσαν ἄρα σέβοντες ὑμᾶς, ὡς σὺ φῄς.

ἀπέλαυσαν est praet., quod praesenti tempore esset ἀπο-

λαύουσι, dum participium σέβοντες adhibetur loco sententiae causalis ὅτι ἔσεβον, quia venerabantur.

Cf. porro Av. vs. 520, Ran. vs. 1022, Plut. vs. 1179 seqq., Eq. vs. 1353 ceterique loci, quos memoravimus § 3. 2.

§ 2. *Praeteritum cum ἂν in re non facta.*

1. *De praeterito cum ἂν in re non facta universe.*

Alterum genus praeteriti cum ἂν est, ubi e vocabulorum contextu patet conditioni non esse satisfactum, neque igitur factum esse aut fieri id, quod praet. cum ἂν significat. Cf. Av. vs. 1221 seqq, ubi Pithetaerus Iridi dicit eam interfectam fuisse si iustam poenam luisset:

ἂν . . . ἀπέθανες, εἰ τῆς ἀξίας ἐτύγχανες.

Particula negationis sententiam convertit, ita ut, quia sine hac particula praet. cum ἂν indicat, quid non factum sit, hac particula addita indicet, quid revera sit factum.

E. g. Vesp. vs. 344:

οὐ γὰρ ἂν ποθ'
οὗτος ἀνὴρ τοῦτ' ἐτόλμη —
σεν λέγειν, εἰ
μὴ ξυνωμότης τις ἦν.

»*Non hic vir ausus esset hoc dicere, nisi coniuratus ali-*

quis esset", quae constructio indicat *eum revera hoc dicere ausum esse, cum revera coniuratus esset.*

Idem valet in quaestionibus quibus inest sententia negativa.

Eccl. vs. 140:

> καὶ νὴ Δία σπένδουσί γ' ἢ τίνος χάριν
> τοσαῦτ' ἂν ηὔχοντ' εἴπερ οἶνος μὴ παρῆν;

Haec enim mihi unice vera lectio esse videtur. De ceteris lectionibus vid. Herm. (De partic. ἂν Lib. I Cap. 13):

> τίνος χάριν τοσαῦτ' ἂν ηὔχοντο; i. e. οὐδενός χάριν κτέ.

Saepe praeteritum indic. cum ἄν indicat., quid *nunc* revera non fiat, quia necessariae conditioni non sit satisfactum, itaque refertur ad tempus praesens.

Lys. vs. 572:

> κἂν ὑμῖν γ' εἴ τις ἐνῆν νοῦς,
> ἐκ τῶν ἐρίων τῶν ἡμετέρων ἐπολιτεύεσθ' ἂν ἅπαντα.

Lysistrata dicit, quid fieret, si viris sana mens esset, sed vitio mentis nunc non fiat. Cf. Av. vs. 788 seqq. Nub. vs. 1347 et cum particula negationis Lys. 301:

> οὐ γάρ ἂν ποθ' ὧδ' ὀδὰξ ἔβρυκε τὰς λήμας ἐμοῦ,

Ubi ἔβρυκε ad tempus praesens pertinere patet e tempore praesenti δάκνει versu 298:

> ὥσπερ κύων λυττῶσα τὠφθαλμὼ δάκνει.

2. Ἐβουλόμην ἄν.

Si quis optat, ut aliud quid accidisset, quam accidit, utitur praeterito verbi βούλομαι cum particula ἄν. Vid. Ran. vs. 672. Postquam Aeacus male mulcavit Bacchum et Xanthiam ad dignoscendum, uter deus sit, neque hoc modo multum profecit, iubet eos intrare ambos, quod dominus eos sine dubio cogniturus sit. Hoc placet Baccho, attamen dicit sibi gratius futurum fuisse, si Aeacus hoc iam antea constituisset, priusquam ipsum verberasset.

ὀρθῶς λέγεις, ἐβουλόμην δ' ἂν τοῦτό σε
πρότερον νοῆσαι, πρὶν ἐμὲ τὰς πληγὰς λαβεῖν.

Ἐβουλόμην ἂν etiam indicat nonnunquam votum, quod adhuc expleri potest. Cf. Eccl. vs. 151:

ἐβουλόμην μὲν ἕτερον ἂν τῶν ἠθάδων
λέγειν τὰ βέλτισθ', ἵν' ἐκαθήμην ἥσυχος·
νῦν δ' οὐκ ἐάσω.

Et Vesp. vs. 960, ubi, quum Bdelucleo dixisset: κιθαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσταται, alter ei respondet: ἐγὼ δ' ἐβουλόμην ἂν οὐδὲ γράμματα.

Ran. vs. 865:

ἐβουλόμην μὲν οὐκ ἐρίζειν ἐνθάδε.

Meineke ἂν interposuit post μέν (vid. Dind. l. l.). Quod Hermannus de hoc loco dicit (lib. 1 Cap. 12), non intel-

lego. Dicit enim tunc tantum ἂν ad ἐβουλόμην addi, cum ei oppositum est *„at non cupio"*, sed subinde idem concedit Eccl. 151 et Vesp. 960 huic animadversioni repugnare. Equidem autem haud scio an particula hic omitti possit, sicut χρῆν, ἐχρῆν et ἔδει sine particula adhibentur ad indicandum, quid fieri oportuerit, sed non factum sit, sive etiam, quid nunc adhuc fieri oporteat.

3. Χρῆν, ἐχρῆν, ἔδει.

Av. vs. 1434, Nub. vs. 371, Eq. vs. 535 χρῆν significat quod nunc fieri oportet sed non fit. Av. vs. 1434 etiam χρή conveniret cum sententia. Pithetaerus enim calumniatorem reprehendit, eique suadet, ut a quaestu suo turpi desistat, et alium laborem obeat, quod virum robustum magis deceat:

ἀλλ' ἔστιν ἕτερα νὴ Δί' ἔργα σώφρονα
ἀφ' ὧν διαζῆν ἄνδρα χρῆν τοσουτονί.

Ita Thesm. a versu 655° ad 664um ter usurpatur vocabulum χρή, semel χρῆν in eadem sententia, neque patet, quamobrem hic alterum vocabulum, illic alterum adhibeatur, nisi vs. 662 χρῆν positum sit, quod littera vocalis praecedit. Sic χρῆν Thesm. vs. 966 a Bothio et Thesm. vs. 777 a Bentleio tantum positum esse videtur hiatus tollendi causa, dum Thesm. vs. 793 et 832 sententia χρῆν poscit, quod Brunckius substituit pro χρή.

His enim duobus locis χρῆν significat id non fieri, quod

fieri oporteat. Sic nonnunquam ἔδει idem significat, quod δεῖ e. g. Lys. 1216 παραχωρεῖν ἔδει ὑμᾶς, Ran. vs. 12 τί δῆτ' ἔδει με ταῦτα τὰ σκεύη φέρειν, non liquet utrum ἔδει an δεῖ adhibendum sit, quamvis sententiae diversae sint. Ἔδει pertinet ad tempus quo dominus cum servo iter suscipiebat, δεῖ ad hoc ipsum tempus quo Xanthias hoc dicit. Ad hunc imperfecti usum in sermone quotidiano compara v. c. Pac. 143:

ἐπιτηδὲς εἶχον πηδάλιον ᾧ χρήσομαι.

Ran. vs. 37 verbo ἔδει opus est, quia hic dicitur, quid non factum sit, quamvis oporteat factum esse. Idem significat ἔδει Eccl. vs. 1077, ubi Cobetus hanc ob causam σε δεῖ in σ' ἔδει mutavit.

Nullum discrimen video inter vocabula χρῆν et ἐχρῆν cf. Av. vs. 364, 1177, 1201. Eq. 11. Ran. 152, 568. Vesp. 1148. Quamobrem non liquet, utrum Eccl. vs. 404 cum Brunckio μ' ἐχρῆν, an cum ceteris με χρῆν legendum sit, neque intellego quare με χρή quod legitur cod R. Γ. (vid. Dind. l. l.) sit repudiandum.

4. *De particula ἄν omissa.*

Ceterorum verborum praeteritum in re non facta semper cum particula ἄν construitur nisi forte haec ad praecedens verbum posita ad sequens facile mente repetitur, et eam ob causam omittitur. Cf. Av. vs. 791, 792 et 796, ubi verba ἀνέπτετο, κατέπτετο et καθέζετο particula carent, quia proxime antecedenti verbo apposita est.

Hermannus autem (Lib. I Cap. 14) memorat duos locos Aristophanis Eccles. vs. 772 et Nub. vs. 1338, ubi ἄν ironice omissum sit. Videamus de utroque loco.

Eccl. vs. 772 A. persuadere vult B., ut tributum solvat novis legibus imperatum. Cui B. respondet se expectaturum esse donec cognoverit, quid decernat populus, et postquam A dixit populum iam in eo esse, ut solvat tributum, B. hoc reicit his verbis:

»ἀλλ' ἰδὼν ἐπειθόμην",

quod addita particula ἄν significaret: sed si vidissem, crederem sive obtemperarem. Brunckius igitur edidit ἀλλ ἰδὼν ἄν ἐπιθόμην *sed si vidissem*, *obtemperassem*, cui lectioni nihil repugnat, quod ego videam. Hermannus tamen reprehendit hanc explicationem, interpretans »*persuasisti*, *ubi videro*"; Ἐπειθόμην ἰδὼν autem nihil aliud significat quam: *credebam*, *sive obtemperabam cum vidissem*. Sic etiam perperam, me iudice, interpretatur Hermannus Nub. vs. 1338 ἐδιδαξάμην, quasi hic ἄν sit ironice omissum. Nequaquam hic opus est particula ἄν. Strepsiades enim filio probare conanti iustum esse patrem a filio verberari dicit: *Bene i. e. non frustra*, *mehercle*, *te docendum curavi obloqui iustis*, *si hoc mihi persuasurus es.* Cf. Kock l. l.

Si ἄν ironice omitteretur, Av. vs. 1692 omissum esset. De Eccles. vs. 141 vid. Cap. I § 1. Praeterito ind. cum ἄν in re non facta plerumque sententia conditionalis adiuncta est. De forma huius sententiae conditionalis vid. Cap. II § 2.

§ 3. *Praeteritum cum ἄν significatione repetitionis.*

1. *De variis modis interpretandi ἄν repetitionis.*

Quod antea revera est factum semel vel certis temporis momentis refert praet. ind.; sed ubi indicandum est aliquid per indefinitum quoddam tempus identidem accidisse, praeterito indicativi additur ἄν. Particula ἄν igitur praeterito indicativi nonnunquam addit significationem repetitionis, ita ut vertamus verbo »*solere*" cum inf. Vid. Vesp. vs. 268:

οὐ μὴν πρὸ τοῦ γ' ἐφολκὸς ἦν· ἀλλὰ πρῶτος ἡμῶν
ἡγεῖτ' ἂν ᾄδων Φρυνίχου.

Non profecto antea arcessendus erat, sed nobis praecinere solebat aliquod carmen Phrynichi. Cf. Nub. vs. 1385, Ran. vs. 948, 950, 960, 961, Av. vs. 1288 et 1289, ubi Cobetus ἀπενέμοντ' in ἂν ἐνέμοντ' mutavit. Itaque ἄν nonnunquam vocabulo »*identidem*" vertendum est. Vid. Pac. vs. 70. Lys. vs. 514, 517, 518. Sic Plut. vs. 982, 983, 985 et 986 idem significat quod 980 ἑκάστοτε.

Χρεμυλος. τί δ' ἦν ὅ τι σου μάλιστ' ἐδεῖθ' ἑκάστοτε.
Γραῦς. οὐ πολλά· καὶ γὰρ ἐκνομίως μ' ᾐσχύνετο.
ἀλλ' ἀργυρίου δραχμὰς ἂν ᾔτησ' εἴκοσιν
εἰς ἱμάτιον, ὀκτὼ δ' ἂν εἰς ὑποδήματα·
καὶ ταῖς ἀδελφαῖς ἀγοράσαι χιτώνιον
ἐκέλευσεν ἄν, τῇ μητρί θ' ἱματίδιον·

Plut. vs. 1140 ἂν idem significat quod eodem versu ἀεί:

ἐγὼ σ' ἂν λανθάνειν ἐποίουν ἀεί. σ' ἂν R. σε ceteri.

2. *De incerta significatione praeteriti cum ἄν.*

Sunt praeterita cum ἂν praesertim in sententiis particula negationis praeditis, quorum significatio non certo statui potest, in quibus nihil certo indicat, utrum numeranda sint ad praeterita modi potentialis (prioris generis) an ad praeterita repetitionis. Quod Hermannus dicit ad Ran. vs. 732 aoristum hic de praeterito tempore usurpari, hoc valet etiam de imperfecto: cf. Av. vs. 520:

ὤμνυ τ' οὐδεὶς τότ' ἂν ἀνθρώπων θεόν, ἀλλ' ὄρνιθας ἅπαντες.

Perinde est sive vertis: *nemo solebat tunc iurare deos, sed omnes aves*, sive: *nemo tunc iurasset* (*scil. si iurandum esset.*)

Cf. Pac. vs. 1200, Nub. vs. 979, 981, 1384, Ran. vs. 732, 927, Vesp. vs. 277.

In sententia affirmata vid. Ran. vs. 1022:

ὁ θεασάμενος πᾶς ἄν τις ἀνὴρ ἠράσθη δάιος εἶναι,

quod si conspicatus esset, quisque cuperet esse bellicosus.

Itaque haec praeterita cum ἂν appropinquant nonnunquam significationi optativi potentialis, tempore actionis tantum mutato.

Cf. Plut. vs. 1179 seqq.:

ὅτ' εἶχον οὐδέν, ὁ μὲν ἂν ἥκων ἔμπορος
ἔθυσεν ἱερεῖόν τι σωθείς, ὁ δέ τις ἂν

δίκην ἀποφυγών· ὁ δ' ἂν ἐκαλλιερεῖτο τις,
κἀμέ γ' ἐκάλει τὸν ἱερέα·

ἂν . . . ἔθυσε et ἂν ἐκαλλιερεῖτο tempore praesenti esset ἂν . . . . θύσειε et ἂν καλλιεροῖτο, sed propter sententiam temporalem praeteriti temporis ὅτ' εἶχον οὐδέν etiam pro opt. pot. praet. cum ἂν adhibitum est.

Nonnunquam sententia conditionalis indicat, utrum praet. cum ἂν sit praet. repetitionis an praet. modi potentialis. Cf. Eqq. 1350:

καὶ νὴ Δί' εἴ γε δύο λεγοίτην ῥήτορε,
ὁ μὲν ποιεῖσθαι ναῦς μακράς, ὁ δ' ἕτερος αὖ
καταμισθοφορῆσαι τοῦθ', ὁ τὸν μισθὸν λέγων
τὸν τὰς τριήρεις παραδραμὼν ἂν ᾤχετο.

Qui versus hoc modo verti possunt: *quotiescunque duo oratores loquebantur . . . . alter, qui naves longas construi iubebat, alterum superare solebat.* Etiam hoc modo: *si duo oratores loquerentur . . . . alter, qui naves longas construi iuberet, superaret alterum.*

Hic autem prima interpretatio praeferenda est propter optativum sententiae conditionalis, de quo vid. Cap. II § 2.

Lys. 510 seqq. Lysistrata narrat feminas auditis viris consulentibus de republica ex iis quaerere solitas esse, quid in concione decretum esset vs. 513:

τί βεβούλευται περὶ τῶν σπονδῶν ἐν τῇ στήλῃ παραγράψαι
ἐν τῷ δήμῳ τήμερον ὑμῖν; τί δέ σοι τοῦτ'; ἢ δ' ὃς ἂν ἀνήρ.
οὐ σιγήσει; κἀγὼ 'σίγων.

Quo audito alia femina respondet: ἀλλ' οὐκ ἂν ἐγώ ποτ' ἐσίγων.

Quae vocabula interpretari possumus: *sed ego nunquam tacuissem* (*scil. si maritus hoc mihi dixisset*); et: *sed ego nunquam tacere solebam* (*scil. quoties maritus hoc mihl dixerăt*).

Verba autem quibus probulus respondet: κἂν ᾤμωζές γ' εἰ μὴ 'σίγας potius vertenda sunt: *et vapulavisses quidem, nisi tacuisses*, quam *et vapulabas quidem, quoties non tacebas*, quia imperfecto ind. sententiae conditionalis indicatur κἂν ᾤμωζες esse praeteritum modi potentialis. Itaque etiam vs. 515 vocabulorum ἂν .... ἐσίγων prior interpretatio potissimum adhibeatur propter sequens praeteritum modi potentialis. Attamen nisi sententia conditionalis alteramutram interpretationem probet, saepe non discerni potest, utrum praeteritum cum ἂν sit praeteritum repetitionis, an praeteritum modi potentialis.

§ 4. *Conclusio.*

Itaque a futuro indicativi vulgari significatione usque ad praet. ind. cum ἂν in re non facta occurrit series sententiarum, quae referunt actionem sive statum mente tantum conceptum. Aut forma ipsius sententiae aut rerum vocabulorumque contextus indicare potest, utrum id, quod cogitatur certo fore vel esse putetur, an cum dubitatione quadam expectetur aut referatur, an omnino non fiat aut factum sit. Alias gradus affirmationis vel dubitationis certo indicio indicatur, alias non certo de-

finiri potest, quomodo sententia intellegenda sit, cum diversi gradus affirmationis et dubitationis tam multi sint, ut interdum nullis certis terminis discernantur.

C. Particula ἄν cum praesenti et futuro Indicativi et cum Imperativo.

§ 1. *ἄν cum praesenti indicativi.*

Ut praeterito ind. particula ἄν nonnunquam indefiniti et incerti cuiusdam notionem addi vidimus, sic etiam ad praes. ind. saepe explicari potest. Non enim Hermanno assentior, qui constructiones praes. ind. cum ἄν omnino erroribus grammaticorum refert. Lib. I Cap. 9.

Non nego paucos tantum esse locos apud Aristophanem, ubi praes. ind. cum ἄν construitur et eos quidem plerosque levi coniectura in formam solitam mutari posse, cum aut particula mutetur sive tollatur, aut verbum alium modum sumat.

Sic Thesm. vs. 99 Scaliger ἄν in αὖ mutavit ex Av. vs. 226, ubi eadem verba occurrunt.

Nub. vs. 395 quoque ἄν mutatum est in αὖ.

Ach. vs. 873 pro ἐστ' ἄν legitur ἐστίν. Plut. vs. 885 pro ἄν ἐστι ἔνεστι. Plut. vs. 883 pro οὐδ' ἄν προτιμῶ σου οὐδὲν cet.

Eq. vs. 1131 praes. ind. ποιεῖς mutatum est in ποιοῖς:

χοὔτω μὲν ἄν εὖ ποιοῖς.

Ran. vs. 1420 praes. ind. mutatum est in coni:

ὁπότερος οὖν ἄν τῇ πόλει παραινέσειν
μέλλῃ τι χρηστὸν, τοῦτον, ἄξειν μοι δοκῶ.

Sunt tamen loci, ubi non nisi difficillimo modo ἂν a praes. ind. seiungatur vel deleatur. e. g. Vesp. vs. 280 seqq.:

τάχα δ' ἂν διὰ τὸν χθίζινον ἄνθρω-
πον, ὃς ἡμᾶς διεδύετ'
ἐξαπατῶν, λέγων ὡς
καὶ φιλαθήναιος ἦν καὶ
τἀν Σάμῳ πρῶτος κατείποι,
διὰ τοῦτ' ὀδυνηθείς,
εἶτ' ἴσως κεῖται πυρέττων.

Hermannus hoc ἂν non cum ind. coniungit, sed cum partic. ὀδυνηθείς, quod sic explicat:

τάχ' ἂν ὀδυνηθείη, καὶ εἶτα κεῖται πυρέττων.

Ego autem ἂν coniungere velim cum κεῖται, ita ut significet »fortasse", sicut Eq. vs. 1252, neque hoc ind. cum ἂν multum differret ab opt. pot. Vesp. vs. 279:

καὶ τάχ' ἂν βουβωνιῴη.

Non reicit Graecae linguae indoles conglomerationem vocabulorum idem significantium, sicut τάχ' ... ἂν ... ἴσως. Cf. frequens repetitio particulae negationis in lingua Graeca.

Etiam Av. vs. 1069 non simplex, neque ideo probabilis est coniectura Disseni, qui δάκεθ' ὁπόσαπερ ἂν ἐστιν mutavit in δάκετα πάνθ' ὅσαπερ ἔστιν, ubi ego ἂν tueri velim, sicut Pac. vs. 1028, ubi Hermannus verba ὁπόσ' ἂν χρεὼν τόν γε σοφῇ δόκιμον perperam, me iudice, mutavit in ὁπόσα χρεὼν ἐστι σοφῇ δόκιμον.

§ 2.

Alia ratio est locorum ubi particula ἂν cum futuro ind. coniuncta legitur.

Ubi quis simpliciter dicit, quid futurum sit, utitur fut. ind.; ubi ei, quod praedicit, addit notionem quandam sui ipsius animi, sive haec refert spem, sive metum, utitur optativo cum ἄν. Quinam igitur locus esset particulae ἂν ad fut. ind., aut, si esset, quidnam sibi vellet haec particula cum fut. ind., quidve significaret? Itaque obsequantur necesse est Cobeto, qui (var. lect. pag. 633) acriter improbat conatus eorum »*qui ἂν cum fut. tempore optime iungi opinantur, et vitiosa ac futili subtilitate pessimas lectiones vindicant.*" Cf. subinde ibidem pag. 92 et 267 de particula ἂν immerito futuro addita.

Pauci sunt loci Aristophanis, ubi particula ἂν coniuncta cum fut. ind. legitur et eorum quidem locorum lectio est tam incerta ut a plerisque viris doctis haec constructio iam poetae abiudicata sit. Itaque particula ἂν cum fut. ind. aut in αὖ aut in οὖν mutata aut omnino deleta est. Quartum locorum genus est, ubi fut. ind. ipsum, posita littera α pro ε mutatum est in aor. opt., ita ut cum ἂν coniunctus factus sit opt. pot. Videamus exempla.

Particula ἂν auctore Weisio in αὖ mutanda est Av. vs. 832:

τίς δ' ἂν καθέξει τῆς πόλεως τὸ Πελαργικόν;

Cf. Thesm. 814:

ἀλλ' ἡμεῖς ἂν πολλοὺς τούτων
ἀποδείξομεν ταῦτα ποιοῦντας

ubi Hermannus αὖ pro ἂν et αὐτὰ pro ταῦτα posuit.

Auctore Reisigio οὐκ ἂν in οὔκουν mutandum est. Vesp. vs. 942:

οὐκ ἂν σὺ παύσει χαλεπὸς ὢν καὶ δύσκολος;

Auctore Porsono ἂν omnino delendum est Ach. vs. 392:

εἶτ' ἐξάνοιγε μηχανὰς τὰς Σισύφου
ὡς σκῆψιν ἂν ἀγὼν οὗτος οὐκ ἐσδέξεται.

Ubi particula ἂν errore librarii vel critici orta esse videtur, cum omissa particula metrum non esset absolutum. Nam aut brevis syllaba addenda est, aut primam syllabam vocabuli ἀγὼν produci necesse est. Hoc vitium tollere voluerunt interposita particula ἂν, quae praeterea ideo facile hic irrepere potuit, quia constat ex prima littera sequentis vocabuli ἀγὼν et postrema antecedentis σκῆψιν. Postulat praeterea lingua comicorum articulum. Hanc ob rem Porsonus omissa particula ἁγὼν legit.

Aor. opt. restituendus est Lys. vs. 541:

ἐγὼ γὰρ οὔποτε κάμοιμ' ἂν ὀρχουμένη,
οὐδὲ γόνατ' ἂν κόπος ἑλεῖ με καματηρός ἄν.

Vid. Ed. Dind. l. l.

Nihil impedit, quo minus hic pro forma ἑλεῖ, quae nihili est, cum BΔ ἕλοι scribamus, quod cum ἂν coniunctum esse potest optativus potentialis, sicut in versu priore κάμοιμ' ἄν.

Eodem modo Thesm. vs. 815 Bentleius ἀλλ' ἡμεῖς ἂν .... ἀποδείξομεν in ἂν .... ἀποδείξαιμεν mutavit.

Av. vs. 1314:

ταχὺ δ' ἂν πολυάνορα τάνδε πόλιν
καλεῖ τις ἀνθρώπων,

ubi Hermannus (de particula ἂν pag. 34) dicit se nihil prorsus invenisse, quo futurum defendat, praeferatque, quamvis paucorum librorum; scripturae καλοῖ, plerisque viris doctis probatae. Ceterum conicit idem vir doctus ταχὺ τἂν pro ταχὺ δ' ἂν, probatque coniecturam Dindorfii τάνδε τὰν πόλιν. Cobetus autem scribit ταχὺ δὴ πολυάνορα τὰν πόλιν· καλεῖ τις ἀνθρώπων.

Reliqui sunt duo loci, de quibus disputemus.

Nub. vs. 465 legitur:

ἆρά γε τοῦτ' ἂν ἐγώ ποτ'
ὄψομαι;

Etiam hic nonnulli ἂν sustulerunt, mutaveruntque in ἄρ'. cf. Dindorf l. l. Hermannus vero (pag. 33) hoc loco particulam vult tueri. Quamvis enim ἄρ' non improbet, tamen ἄν, quod unus alterve codex praebeat, non seleucum esse putat; non enim ad fut., sed ad τοῦτο referendum esse ἄν, quia explicatius dici possit: ἆρά γε τοῦτ' ἂν εἴη, ὃ ἐγώ ποτ' ὄψομαι;

Restat Eq. vs. 1252, ubi Cleon coronae valedicit his verbis:

ὦ στέφανε, χαίρων ἄπιθι, καί σ' ἄκων ἐγὼ
λείπω. σε δ' ἄλλος τις λαβὼν κεκτήσεται,
κλέπτης μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως.

Particula hic explicari possit si subintellegatur par-

ticipio ὤν, quamvis non invenerim apud Aristoph. participium cum ἄν sine modo finito, sive hic modus finitus expressus sit, seu vocabulorum contextu colligendus. Sed hic locus e tragoedia sumptus est scil. ex Eur. Alc. vs. 177:

ὦ λέκτρον χαῖρ'. οὐ γὰρ ἐχθαίρω σε. σὲ δ' ἄλλη τις γυνὴ
κεκτήσεται, σώφρων μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον εὐτυχὴς δ' ἴσως

Ego autem Kockio assentior, qui vocabula:

κλέπτης μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον

optativo potentiali explicat: ὃς κλέπτης μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον γένοιτο. Ἄν enim ad substantivum κλέπτης pertinere mihi videtur sicut Nub. vs. 465 ad pronomen demonstrativum, cf. Nub. vs. 1130 κἂν ἐν Αἰγύπτῳ; vid. Cap. III § 2. Ad κλέπτης significat ἄν *fortasse*, sicut deinceps ἴσως. (Cf. Vesp. vs. 280, quaeque de hoc loco diximus § 1).

Itaque ratione habita eorum, quae ipse collegi ad κἄν explicandum (Cap. III) cum Hermanno (pag. 38) sic statuere licet: ἄν adhiberi posse videtur ad fut. ind., ubi pertinet ad aliam notionem, quam quae in verbi futuro inest, dummodo ea talis sit, ut ipsa per se rei fortuitae ac dubiae notionem apte recipiat.

§ 3.

Imperativus semper ad futurum tempus pertinet. Quod enim imperamus, ut fiat, id nondum fit, sed speramus ut postea futurum sit; incertum igitur est, utrum fiat necne. Itaque opt. pot. nonnunquam usurpatur loco

imperativi (vid. Cap. I. A. § 6), etiam fut. ind. et opt. pot. in interrogationibus, Cap. I. A. § 4 n⁰. 2 et Cap. I. A. § 5.

Quia imperativus per se sive praesentis sive aoristi ad futurum tempus pertinet, deest futurum imperativi; itaque particula ἄν cum imperativo nihili esset, quia iam per se dubitationis notionem continet. Neque magis quam futurum optativi aut futurum indicativi Imperativus construitur cum ἄν. Assentior igitur Hermanno, qui (Lib. IV, Cap. I) dicit, ubi ἄν cum imperativo inveniatur, particulam cum alio verbo in sententia construendam esse. Sed nullus locus apud Aristophem est, qui quidem omni dubio sit maior, ubi ἄν cum imperativo legimus. Nam Ach. vs. 1201 delendum est ἄν cum Imperativo coniunctum. Vid. Herm. Lib. IV Cap. I.

D. Ἄν *cum infinitivo.*

Si in recta oratione ἄν cum verbi modis, qui rectae orationis sunt, i. e. cum indicativo et optativo, construitur, ea oratione per infinitivum in obliquam conversa etiam infinitivo adicitur haec particula. Videamus e. g. Av. vs. 1652; ubi optativus potentialis ἤ πῶς ἄν ποτε ἐπίκληρος εἴη ἡ Ἀθηναία; pendens a verbo sentiendi δοκεῖς transiit in infinitivum cum ἄν:

ἤ πῶς ἄν ποτε ἐπίκληρον εἶναι τὴν Ἀθηναίαν δοκεῖς;

hoc loco ἄν igitur infinitivo significationem dubitationis addit. Cf. Av. vs. 418, Vesp. vs. 1198. Sic particula ἄν nonnunquam addit etiam significationem futuri temporis

infinitivo praesertim aoristi, quippe qui ortus sit ex optativo potentiali, quem modum significationi futuri indicativi appropinquare supra vidimus.

Cf. Av. vs. 355: πῶς γὰρ ἂν τούτους δοκεῖς ἐκφυγεῖν. et Eq. vs. 407, Pac. vs. 1237, 305. De Eq. vs. 621 vid. Cap. III § 3.

Ran. vs. 557 πανδοκεύτρια A dicit Baccho eum non putavisse fore, ut ab ipsa cognosceretur, quia cothurnos haberet. Probabilis mihi Elmsleii coniectura videtur, qui infinitivum ἀναγνῶναι in ἂν γνῶναι mutavit.

> οὐ μὲν οὖν με προσεδόκας,
> ὁτιὴ κοθόρνους εἶχες, ἂν γνῶναι σ' ἔτι.

Ἄν cum inf. praes. vid. Av. vs. 419.

Eq. vs. 1175 praeteritum cum ἂν in re non facta (ᾠκεῖτ' ἂν ἔτι ἥδε ἡ πόλις;) pendens a verbo sentiendi οἴει transiit in infinitivum cum ἄν:

> οἴει γὰρ οἰκεῖσθ' ἂν ἔτι τήνδε τὴν πόλιν,
> εἰ μὴ φανερῶς ἡμῶν ὑπερεῖχε τὴν χύτραν;

Tertio loco ἂν potest addere infinitivo significationem repetitionis; quae res usu venit ubi inf. cum ἂν pendens a verbo sentiendi vel declarandi ortus est e praeterito cum ἄν, quod etiam habet significationem repetitionis.

Eq. vs. 1295:

> φασὶ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐρεπτόμενον τὰ τῶν ἐχόντων ἀνέρων
> οὐκ ἂν ἐξελθεῖν ἀπὸ τῆς σιπύης· τοὺς δ' ἀντιβολεῖν ἂν ὁμοίως.

Pro ἂν ὁμοίως R. ἀνομοίως et ἀλλ' ὅμως ceteri.

Cf. Eq. vs. 989 ubi Aldus ἐναρμόττεσθαι in ἂν ἁρμόττεσθαι mutavit:

φασὶ γὰρ αὐτὸν οἱ
παῖδες, οἳ ξυνεφοίτων,
τὴν Δωριστὶ μόνην ἂν ἁρ —
μόττεσθαι θαμὰ τὴν λύραν,

Ubi ἂν idem significat, quod deinceps θαμά, *identidem*, ἂν ἁρμόττεσθαι *accommodare solere*, qua significatione iterationis hic opus est propter verbum ξυμφοιτᾶν, quod significat *una in scholam ire solere*, habetque igitur etiam significationem repetitionis.

Ex iis, quae de ἂν cum infinitivo diximus, sponte patet hanc particulam nunquam cum futuro infinitivi construi.

CAPUT II.

DE PARTICULA ἂν IN ORATIONE OBLIQUA.

§ 1. *De oratione obliqua universe.*

Priusquam de ἂν in oratione obliqua loquimur, nobis statuendum est, quae constructio sic appelletur, quaeque sint diversae sententiae in oratione obliqua.

In oratione obliqua est posita, quaecunque sententia sua ipsius natura nullum completum sensum continet, sed pronomine relativo vel coniunctione cum sententia in

oratione recta vel cum alia sententia in oratione obliqua coniuncta, aut huius sententiae vocabulum aut hanc sententiam ipsam definit vel explicat. Sententiae in oratione obliqua in tria genera dividi possunt, prout construuntur cum coniunctivo cum ἄν aut indicativo vel alio modo, qui in sententia orationis rectae adhibetur, sive praeditus est particula ἄν sic ut optativus potentialis (vid. e. g. Nub. vs. 760, 776), praeteritum cum ἄν, sive non est praeditus hac particula, sed nudus indicativus. Tertium genus sententiarum orationis obliquae sunt earum, in quibus construendis stat arbitrio loquentis, utrum coniunctivo cum ἄν utatur necne.

Sed hoc discrimen valet tantum in sententiis pendentibus a tempore praesenti vel futuro indicativi et nonnunquam a perfecto indicativi et optativo potentiali. Sententiae autem, quae suspensae sunt ab imperfecto, plusquamperfecto et aoristo indicativi, et nonnunquam eae quae a perfecto indicativi et optativo potentiali pendent, construuntur aut cum indicativo aut cum optativo.

Supra commemoravimus ἄν cum fut. opt. in oratione recta non explicari posse. (Vid. Cap. I. A. § 7), et contulimus ea, quae Hermannus hac de re dicit Lib. III Cap. 7. Quod quia differre volebamus ad caput de oratione obliqua non nisi obiter memoravimus locum ab eo allatum Vesp. vs. 1094 seqq.:

οὐ γάρ ἦν ἡμῖν ὅπως
ῥῆσιν εὖ λέξειν ἐμέλλομεν τότ' οὐδὲ
συκοφαντήσειν τινὰ
φροντίς, ἀλλ' ὅστις ἐρέτης ἔ —
σοιτ' ἄριστος.

Ubi teste Hermanno ex Cod. Rav. et Ven., qui ὅστις ἂν habent, perperam ab aliis ὃς ἂν legitur. Equidem Hermanno assentior. Si enim forma ἔσοιτο intelligenda est optativus orationis obliquae pendens a praeterito ἦν, nullo modo ei addi potest ἄν, quia verba sic cohaerent:

ἀλλ' (ἦν ἡμῖν φροντίς) ὅστις ἐρέτης ἔ —
σοιτ' ἄριστος.

Non tamen silentio praetermittendum est Atticos saepe sententias in oratione obliqua construere, sicut sententias in oratione recta, ita ut non esset insolita constructio, si legeretur:

ἀλλ' (ἦν ἡμῖν φροντίς) ὅστις ἐρέτης
ἔσται ἄριστος.

Pro hoc fut. ind. ἔσται adhiberi posset ἂν εἴη, quia praes. et aor. opt. cum ἂν loco fut. ind adhiberi posse vidimus Cap. I. A. § 4 et 5. Formulae ἂν .... ἔσοιτο autem nullo modo hic locus est sive sententia, quae ab ὅστις incipit, construitur sicut sententia in oratione recta, sive sicut in oratione obliqua.

§ 2. *Sententiae sine ἂν in oratione obliqua.*

Ab omnibus sententiis pendere possunt sententiae, quae habent verbum in indicativo, si simpliciter addendum est aliquid, quod nunc fit vel antea factum est vel postea fiet. Cf. Cap. II § 5.

Sed ubi vinculum aliquod indicandum est inter verbum

sententiae in oratione obliqua et sententiae unde pendet, hae regulae valent:

1°. Sententiae suspensae ab optativo vel ab alia forma, qua votum indicatur, construuntur cum optativo. Cf. Av. vs. 447, Eq. vs. 694, 935, Vesp. vs. 819, 1431, Pac. vs. 437, 1972. Comp. porro Pac. vs. 437 et 450 cum 441 et 448, ubi indicativus eundem locum occupat, quem ambobus prioribus locis optativus. Av. vs. 1338 et 1339, ubi opt. cum ἂν a voto pendet, quos versus e tragoedia haustos, Kockius spurios esse putat. (Vid. Kock l. l.).

Ran. vs. 585 scribatur:

κἂν εἴ με τύπτοις, οὐκ ἂν ἀντείποιμί σοι.
ἀλλ' εἴ σε τοῦ λοιποῦ ποτ' ἀφελοίμην χρόνου
πρόρριζος αὐτός, ἡ γυνή, τὰ παιδία,
κάκιστ' ἀπολοίμην, κἀρχέδημος ὁ γλάμων.

propter votum enim hic in sententia conditionali ponendum est εἴ .... ἀφελοίμην, non ut ex libris Mss. edi solet, ἢν .... ἀφέλωμαι.

Pac. vs. 450 scribatur:

κεἴ τις στρατηγεῖν βουλόμενος μὴ ξυλλάβοι,
ἢ δοῦλος αὐτομολεῖν παρεσκευασμένος,
ἐπὶ τοῦ τροχοῦ γ' ἕλκοιτο μαστιγούμενος.

non κεἴ .... ξυλλάβῃ cum Hermanno e Codd. (Lib. II Cap. 7) neque κἂν .... ξυλλάβῃ cum aliis.

Pariter Pac. vs. 437 cum Dindorfio:

χὤστις προθύμως ξυλλάβοι τῶν σχοινίων
τοῦτον τὸν ἄνδρα μὴ λαβεῖν ποτ' ἀσπίδα.

Ubi Hermannus perperam scribendum putat ξυλλάβῃ. Vid. l. l.

Etiam Pac. vs. 32 cum Reisigio scribatur:

ἔρειδε, μὴ παύσαιο μήποτ' ἐσθίων
τέως, ἕως λάθοις διαρραγείς,

λάθοις rescripto pro λάθῃς quod libri praebent.

2⁰. Sententiae pendentes ab optativo potentiali construuntur cum nudo optativo, ubi optativus potentialis a significatione futuri indicativi differt: Nub. vs. 108, 870, Ran. vs. 96, 585, Av. vs. 128 et 130, ubi opt. pot. ex praegressis repetendus est: Av. vs. 164, 197, sed coniunctivo cum ἄν, ubi optativus poientialis futuro indicativi congruit: Nub. vs. 118, 1152, Vesp. vs. 726, Lys. vs. 140, Plut. vs. 52.

3⁰. Sententiae pendentes a praeterito cum ἄν in re non facta construuntur cum praeterito indicativi: Av. vs. 786, 787, Nub. vs. 231, Ran. vs. 1374—1378, Vesp. vs. 345, Lys. vs. 516. Γεωργοι Ath. III p. 75 a (vid. Dind. Fragm. 164) Eq. vs. 981 'γένεθ' Scaliger] γένοιθ' Suidas. (Av. vs. 790, 793, 794 praes. ind. reperitur.)

4⁰. Sententiae pendentes a praeterito cum ἄν significatione repetitionis componuntur cum optativo: Nub. vs. 854, Av. vs. 506, 1382, Ran. vs. 924, Vesp. vs. 279, Plut. vs. 1010, 1012, 1140 (ὑφέλοι' Dawesius pro ὑφέλοις vel ὑφέλου).

§ 3. *Coniunctiones quae ἄν admittunt et pronomina relativa.*

Sententiae in oratione obliqua vulgo adhibentur ad hanc illamve partem alterius sententiae explicandam. Itaque occurrunt sententiae relativae, temporales, condi-

tionales, finales, causales, consecutivae aliae, quaecum hac illave coniunctione alteri sententiae additae sunt.

1. *Coniunctio conditionalis.*

Sententiae in oratione obliqua, quae construuntur cum coniunctivo et ἄν tum indicativo sunt:

Sententiae conditionales, quae a coniunctione εἰ incipiunt, quacum coniuncta particula efficit, ἐάν, ἤν, unde adiecta vocula καί, nascitur κἄν.

ἤν Av. vs. 167, 183, 188, 342, 559, 565, 566, 567, 705, 758, 988 etc. Eccl. vs. 1035 ἤνπερ] ἤμπερ R. (Nub. vs. 933 duo vocabula praecedunt ἤν.)

ἐάν Av. vs. 1050, 1534, 1618, 1664, Nub. vs. 885 Av. vs. 204 ἐάνπερ.

ἄν tantum occurrit Thesm. vs. 1187, Av. vs. 53 et Lys. vs. 902 ubi Dindorfius ἤν scribit, Eccl. vs. 239 δ'ἄν, quod Brunckius scribit pro κἄν, Pac. vs. 24 et Lys. vs. 119, ubi Meineke ἄν mutavit in κἄν.

ἄν pro ἐάν ab antiquiore lingua Attica (sec. V.) alienum est. In sola crasi cum copula, vocalis ε neglecta esse videtur.

κἄν Av. vs. 568, 1111, 1550, 1601. Nub. vs. 743, 1128, 1153, 1317. Eq. vs. 963, 1386 Ran. vs. 736 cet.

κἤν occurrit Eq. vs. 261, Plut. vs. 196, Ach. vs. 717 ubi mutatum est in κἄν primo loco a Dindorfio, secundo loco a Brunckio, tertio loco ab Elmsleio. Av. vs. 977 in hexametro Cobetus κἄν mutavit in κἤν.

Denique memorandum est αἴ κε vel αἴ κα, quod adhibetur ab Aristophane secundum exemplum epicorum. Eq. vs. 210 (vid. Dindorf.).

Praeter sententias conditionales ab ἤν vel ἐάν etiam quaestiones indirectae incipere possunt. Vid. Eq. vs. 38, Nub. vs. 535, Ran. vs. 644.

Saepe verbum, unde quaestio indirecta pendere deberet omissum est.

Eccl. 105:

> τούτου γέ τοι νὴ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν
> τόλμημα τολμῶμεν τοσοῦτον οὕνεκα,
> ἤν πως παραλαβεῖν τῆς πόλεως τὰ πράγματα
> δυνώμεθ',

τολμᾶν hic significat πειρᾶσθαι, unde pendet quaestio.

Cf. Ach. 1030:

> ἴθ' ἀντιβολῶ σ' ἤν πως κομίσωμαι τὼ βόε,

ubi quaestio pendet ab omisso imperativo ἐνθυμοῦ.

Cf. Vesp. 270:

> ἀλλά μοι δοκεῖ στάντας ἐνθάδ', ὤνδρες,
> ᾄδοντας αὐτὸν ἐκκαλεῖν ἤν τί πως ἀκούσας
> τοῦ 'μοῦ μέλους, ὑφ' ἡδονῆς ἑρπύσῃ θύραζε.

Ad ἐκκαλεῖν cogitandum est περιμένοντας, unde quaestio pendet.

Cf. Vesp. vs. 398:

> ἀνάβαιν' ἀνύσας κατὰ τὴν ἑτέραν, καὶ ταῖσιν φυλλάσι παῖε,
> ἤν πως πρύμναν ἀνακρούσηται, πληγεὶς ταῖς εἰρεσιώναις.

Nonnunquam non liquet, utrum verbum omissum sit, unde quaestio, an verbum unde sententia conditionalis pendeat, ita ut eadem sententia dici possit conditionalis et interrogativa.

Ran. vs. 1515:

σὺ δὲ τὸν θᾶκον
τὸν ἐμὸν παράδος Σοφοκλεῖ τηρεῖν
κἀμοὶ σώζειν, ἢν ἄρ' ἐγώ ποτε
δεῦρ' ἀφίκωμαι.

Haec sententia duobus modis explicari potest, quia interponi potest περιμένων, ita ut ἢν cet. fiat quaestio indirecta, sed etiam ἀποδώσων, unde pendens ἢν κτέ fieret sententia conditionalis.

2. *Coniunctiones temporales.*

Sententiae temporales, incipiunt a coniunctionibus ὅτε, ὁπότε, ἐπεὶ et ἡνίκα. Particula ἂν tribus prioribus coniunctionibus addita efficit ὅταν, ὁπόταν et ἐπήν, unde incipiunt sententiae temporales, quae etiam quodammodo sunt sententiae conditionales. Praeterea incipiunt sententiae temporales a coniunctione πρίν, quae construitur coniunctivo cum ἂν in sententiis pendentibus a verbo cum negandi particula.

ὅταν legitur Av. vs. 190, 967, 1116, 1611, 1622 et 134, ubi Suidas ὅτε legit (vid. Dind. ad hunc locum).

Non semper sententia temporalis, quae ab ὅταν incipit, est etiam conditionalis. E. c. Av. vs. 1439:

οὐκ ἀκήκοας
ὅταν λέγωσιν οἱ πατέρες ἑκάστοτε,

ubi perfectum ἀκήκοας vetat ne ὅταν λέγωσιν conditionalem sententiam esse putemus.

ἐπήν Av. vs. 1355; in hexametro Av. vs. 983.

ἡνίκ' ἂν Av. vs. 1095, Nub. vs. 618, 622, 1124, 1211, Ran. vs. 815, Eccl. vs. 273, Plut. vs. 248.

ὁπόταν Av. vs. 489, Vesp. vs. 715, Pac. vs. 1166, Plut. vs. 567; in Ran. vs. 1463 Dind. legit ὅταν, dum ν ὁπόταν praebet.

Praeterea ὁπόταν adhibetur ab Aristophane in hexametris et in locis ex tragicis sumptis Eq. vs. 197, 1031, Ran. vs. 1042, Lys. vs. 770.

ἐπειδὰν Ran. vs. 132, 206, Vesp. vs. 1352, Pac. vs. 859, Eccl. vs. 272, 354, 663, 1092, Ach. vs. 29, 256, Eccl. vs. 416 ἐπειδὰν πρῶτον.

πρίν construitur cum coniunctivo cum ἄν, si pendet a verbo cum negatione: Av. vs. 1409 Plut. vs. 24, 1016, Vesp. vs. 920, Eq. vs. 961, Nub. vs. 267, Eccl. vs. 857, πρίν γ'ἄν Av. vs. 585 et Ach. vs. 176. Videamus autem Eccl. vs. 769:

A. σὺ δ'οὐ καταθεῖναι διανοεῖ; B. φυλάξομαι
πρὶν ἄν γ'ἴδω τὸ πλῆθος ὅ τι βουλεύεται

φυλάξομαι hic est sententia negativa = οὐ καταθήσω.

Ubi ἄν omissum est, e. g. Eccl. vs. 752, 857, Ach. vs. 296, Eccl. vs. 629, Ran. 1281, haec particula a nonnullis additur: Eccl. vs. 752 a Porsono, vs. 857 a Dindorfio, Ach. 296 a Bentleio (vid. Dind. l. l.) Ran. 1281 ab Elmsleio. Hermannus autem hanc omissionem particulae hoc modo explicat (vid. Lib. II cap. 8): »Ubi ἄν additum est, inquit, semper aliquid incerti subest"; ἄν igitur omittitur secundum eum, nisi quidquam incerti subest. Cf. exempla ab eo collecta et diiudicata, Lib. II cap. 8, pag. 105 seq. Sed quia omissa particula ἄν metrum

nonnunquam laborat e. g. Eccl. 857, haec Hermanni opinio repudianda esse videtur.

3. *Pronomina relativa.*

Quamvis non cum pronomine relativo coniuncta praeterquam Nub. vs. 89 ἄν pro ἂν ἄν, tamen particula plerumque apud Aristophanem iuxta pronomen relativum posita est. ὅντιν' ἂν Nub. vs. 245, 1458, ἅττ' ἂν Nub. vs. 344, 589, 785, ἥντιν' ἂν Nub. vs. 1151, ὅ τι ἂν Av. vs. 450, ὃς ἂν Av. vs. 564, 1114, 1350, ὧν ἂν Nub. vs. 942 οἷςπερ ἂν Nub. vs. 1316 ὅσ' ἂν, Av. vs. 1645, Nub. vs. 808, Ach. vs. 356 χὠπότερον ἄν, Ran. vs. 637 (γ' additum est R. V.)

Sunt quaedam vocabula, quae inter ἂν et pronomen relativum ponuntur. Av. vs. 458 ὃ γάρ ἄν; etiam inter pronomen relativum et epicam particulam κε Av. vs. 972 ὃς δέ κε· Cf. cap. IV.

Ut sententiae temporales, ita etiam sententiae relativae, in quibus ἂν adhibetur, habent nonnunquam significationem conditionalem. E. g. Av. vs. 1115:

ὡς ὑμῶν ὃς ἂν μὴ μῆν' ἔχῃ,
ὅταν ἔχητε χλανίδα λευκήν, τότε μάλισθ' οὕτω δίκην
δώσεθ' ἡμῖν, πᾶσι τοῖς ὄρνισι κατατιλώμενοι.

Subiectum verbi δώσεθ' est ὑμεῖς. ὑμῶν ὃς ἂν μὴ μῆν' ἔχῃ significat igitur ἣν ὑμεῖς μὴ μῆν' ἔχητε.

De ἵνα vid. cap. II § 4.

4. *Coniunctiones finales.*

Si a coniunctionibus ὡς et ὅπως sententiae finales inci-

piunt construuntur aut cum futuro indicativi Nub. vs. 1398, 824, Eccl. vs. 99, 783, Av. vs. 131, 1494, Thesm. vs. 284 aut coniunctivo cum ἄν. E. g. ὡς ἄν Av. vs. 1454, 1509, 1549, Plut. vs. 112, Vesp. vs. 113. ὅπως ἄν Av. vs. 1457, Plut. vs. 225, Eccl. vs. 732, Ran. vs. 872, Nub. 739, Nub. vs. 257, ubi nonnulla vocabula praecedunt coniunctioni finali.

Sententiae finales apud Aristophanem quae ab ἕως, *donec*, *dum*, incipiunt, construuntur coniunctivo cum ἄν Nub. vs. 1460, 1489, Ran. vs. 267, Thesm. vs. 854, Eq. vs. 395 et 846; Sententiae temporales, quae ab ἕως, *quamdiu*, incipiunt construuntur coniunctivo cum ἄν, si aliquid incerti subest Lys. vs. 178, 1183, Thesm. vs. 583, indicativo, si simpliciter quoddam temporis momentum indicatur, Eccl. vs. 83 (vid. cap. II § 4.)

§ 4. *Sententiae finales.*

Sententias in oratione obliqua, quae nunquam admittunt particulam ἄν silentio praetermittimus, quippe quae nullius momenti sint ad nostrum argumentum; quae autem interdum admittunt, eas discernemus, ut comparatis utriusque generis sententiis quid sibi velit particula ἄν in his sententiis diiudicemus.

Coniunctiones finales sunt ὅπως, ὡς et ἵνα. Postrema coniunctio si locum definit (*ubi*), sicut ceterae huiusmodi coniunctiones, habet eandem constructionem quam pronomen relativum, Plut. vs. 1151, Nub. vs. 1233 cf. § 3 3°. et § 5, significatione finali autem ἵνα construitur cum

solo coniunctivo. Duae priores coniunctiones significatione finali construuntur coniunctivo cum ἄν, aut indicativi futuro. Vid. cap. II § 3. 4. Nullum aliud discrimen cognovi inter utramque constructionem, quam quod ὅπως cum fut. ind. plerumque pendet a verbo curandi. Vid. Ran. vs. 1520:

μέμνησο δ'ὅπως ὁ πανοῦργος ἀνὴρ
καὶ ψευδολόγος καὶ βωμολόχος
μηδέποτ' ἐς τὸν θᾶκον τὸν ἐμὸν
μηδ' ἄκων ἐγκαθεδεῖται.

Cf. Eccl. vs. 82:

ἀλλ' ἄγεθ' ὅπως καὶ τἀπὶ τούτοις δράσομεν,

Sic secunda persona futuri ab imperativo verbi curandi pendens adhibetur loco imperativi Nub. vs. 1107:

καὶ μέμνησ' ὅπως
εὖ μοι στομώσεις αὐτόν,

Sed tum imperativus plerumque omittitur, ita ut ὅπως cum secunda persona futuri indicativi saepe adhibeatur loco imperativi. Av. vs. 131, 1333, 1494, Nub. vs. 824, 257, quam ob rem Scaliger, Ran. vs. 377, χὤπως αἴρεις vel αἴρῃς in χὤπως ἀρεῖς mutavit.

Si ὅπως construitur cum coniunctivo apud Aristophanem habet ἄν Av. vs. 1457, Nub. vs. 938, 1461. Sed Vesp. vs. 1528, Av. vs. 1240 et 1242 ὅπως construitur cum coniunctivo sine ἄν. Duobus posterioribus locis tamen ὅπως μὴ .... ἀναστρέψῃ .... καταιθαλώσῃ secundum Kockium in ὅπως μὴ .... ἀναστρέψει .... καταιθαλώσει mutari potest.

Animadversione dignus est locus Eq. vs. 934:

σπεύδειν ὅπως τῶν τευθίδων
ἐμπλήμενος φθαίης ἔτ' εἰς
ἐκκλησίαν ἐλθεῖν·

Quamvis optativus potentialis in sententiis finalibus loco futuri ind. adhiberi possit ut Eccl. vs. 881, 917, Av. vs. 628, tamen non hic optativus sic explicari potest, quia nullo modo ἄν propter metrum inseri aut e ceteris vocabulis effici potest. Sed optativus sine ἄν saepe adhibetur in sententiis pendentibus a votis sive hoc votum indicatum est optativo, ut Eq. vs. 694, Vesp. vs. 1431, sive verbo εὔχεσθαι, ut Pac. vs. 437 (vid. cap. II § 2).

ἕως cum coniunctivo et ἄν quod significat *donec*, est coniunctio temporalis et finalis, Nub. vs. 1460, 1489, Ran. vs. 267, Thesm. vs. 854, Eq. vs. 395, 846.

ἕως cum coniunctivo et ἄν quod significat *dum*, *quamdiu*, est tantum temporale: Lys. vs. 178, Thesm. vs. 583, Lys. vs. 1183.

Si nihil incerti subest, sed simpliciter quoddam temporis momentum indicatur ἕως temporale construitur cum indicativo: Eccl. vs. 83. Videamus Eq. vs. 133:

NI. καὶ τί τοῦτον χρὴ παθεῖν;
ΔΗΜ. κρατεῖν, ἕως ἕτερος ἀνὴρ βδελυρώτερος
αὐτοῦ γένηται.

Sic Hermannus (vid. Lib. II cap. 9, pag. 110), qui hanc lectionem praefert vulgari γένοιτο quem Kockius l. l. appellat *Der Optativ als Ausdruck des rein Gedachten*.

Cf. autem Ran. vs. 761 seqq.:

> νόμος τις ἐνθάδ' ἐστι κείμενος
> ἀπὸ τῶν τεχνῶν ὅσαι μεγάλαι καὶ δεξιαί,
> τὸν ἄριστον ὄντα τῶν ἑαυτοῦ συντεχνων
> σίτησιν αὐτὸν ἐν πρυτανείῳ λαμβάνειν
> θρόνον τε τοῦ πλούτωνος ἑξῆς
> . . . .
> ἕως ἀφίκοιτο τὴν τέχνην σοφώτερος
> ἕτερός τις αὐτοῦ· τότε δὲ παραχωρεῖν ἔδει.

Ubi ex imperfecto ἔδει patet hic sermonem esse de tempore, quo lex data est, quae vs. 761 memoratur. Verba ἕως ἀφίκοιτο igitur pendent a praeterito κατὰ σύνεσιν ut ita dicam, secundum regulam cap. II § 1 memoratam. Eodem modo ἕως... γένοιτο Eq. vs. 135 mihi explicandum esse videtur. Videtur enim pendere a notione antea accepta per oraculum vs. 128 memoratum, quamobrem nolim legere cum Hermanno καὶ τί τοῦτον χρὴ παθεῖν neque cum Kockio καὶ τί τόνδε χρὴ παθεῖν sed καὶ τί τόνδε (sive τοῦτον) χρῆν παθεῖν vel littera ε vocabuli τόνδε verbo χρῆν addita: καὶ τί τόνδ' ἐχρῆν παθεῖν;

Quod autem attinet ad optativum pendentem a praeterito quod appellavi κατὰ σύνεσιν cf. Ran. vs. 23:

> εἶτ οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐστὶ καὶ πόλλη τρυφή
> ὅτ' ἐγὼ μὲν ὢν Διόνυσος, υἱὸς Σταμνίου
> αὐτὸς βαδίζω καὶ πονῶ, τοῦτον δ'ὀχῶ
> ἵνα μὴ ταλαιπωροῖτο μηδ' ἄχθος φέροι;

Quamvis optativi pendeant a praes. ὀχῶ, tamen inest

quaedam notio praeteriti temporis, quo Dionysus onus suscepit ad eum finem, ne Xanthias gravaretur, neve onus ferret. Cf. Vesp. vs. 110, ubi verba ἵν' ἔχοι a praesenti τρέφει pendent.

Cf. Av. vs. 120:

ταῦτ' οὖν ἱκέται νὼ πρὸς σὲ δεῦρ' ἀφίγμεθα
εἴ τινα πόλιν φράσειας ἡμῖν εὔερον,

ubi optativus pendet a praeterito tempore, cum viatores profecti sunt, sic ut nos dicimus e. g. N. N. laat vragen, hoe het met den zieke *was*.

Eadem ratione explicari potest Av. vs. 1524 opt. εἰσάγοιτο.

ἐπιστρατεύσειν φάσ' ἄνωθεν τῷ Διί,
εἰ μὴ παρέξει τἀμπόρι' ἀνεῳγμένα,
ἵν' εἰσάγοιτο σπλάγχνα κατατετμημένα.

Praesenti φασ' enim notio inest praeteriti temporis, quo Prometheus hoc a diis accepit.

Optativus autem cogitationis, de quo Kockius loquitur ad Eq. vs. 135 ubi memorat Soph. Oed. R. 979:

εἰκῆ κράτιστον ζῆν ὅπως δύναιτό τις;

potius mihi appellandus esse videtur optativus qui legitur Vesp. vs. 1457:

τὸ γὰρ ἀποστῆναι χαλεπὸν
φύσεος, ἣν ἔχοι τις ἀεί. (ἔχοι R. ἔχει ceteri.)

Cf. Lys. vs. 1111:

ἀλλ' οὐχὶ χαλεπὸν τοὔργον, εἰ λάβοι γέ τις
ὀργῶντας ἀλλήλων τε μὴ 'κπειρωμένους.

Plut. vs. 329:

δεινὸν γὰρ εἰ τριωβόλου μὲν οὕνεκα
ὠστιζόμεσθ' ἑκάστοτ' ἐν τἠκκλησίᾳ
αὐτὸν δὲ τὸν Πλοῦτον παρείην τῳ λαβεῖν.

ubi mente addi potest opt. pot. ἂν εἴη. δεινὸν γὰρ ἂν εἴη.

Cf. subinde Av. vs. 447 et optativi pendentes ab opt. pot. cap. II § 2 et opt. pendentes a voto.

Cf. porro Av. vs. 180, ubi cum Cobeto legendum est ὥςπερ εἰ λέγοις τόπος non cum Hermanno ὥσπερ εἴπῃ τις τόπος, et vs. 282 ὥςπερ εἰ λέγοις Ἱππόνικος Καλλίου κἀξ Ἱππονίκου Καλλίας.

§ 5. *Sententiae conditionales, temporales et relativae.*

1. *Praesens coniunctivi.*

In sententiis conditionalibus, temporalibus, relativis et in quastionibus indirectis diversa tempora indicativi idem significant quod in oratione recta. Cf. Nub. vs. 295, 327, 414—420, 598, 1000 Av. vs. 531. Ach. vs. 307, Vesp. vs. 630, 731, 961, Ran. vs. 579, Thesm. vs. 331. Eq. vs. 294, 295, 400, 767, 769, 790.

Sed praeteritum pendens a praeterito cum ἂν in re

non facta propriam habet significationem. (Vid. cap. II § 2.) Sed quia ab hoc praeterito cum ἄν nunquam coniunctivus cum ἄν pendet, non huius loci est de illius temporis significatione disputare.

Restant tantum eae sententiae, quae modo indicativo, modo coniunctivo cum ἄν construuntur.

Cum in oratione recta tum in obliqua indicativi praesens vulgo indicat quid hoc tempore fiat, perfectum et aoristus quid ante hoc tempus factum sit, futurum quid post hoc tempus sit futurum. Coniunctivi cum ἄν autem praesens non tantum indicare potest, quid hoc tempore fiat, sed etiam quid fiat eo tempore, quo agitur id, quod verbum significat, unde pendet.

E. g. Nub. vs. 1115:

τοὺς κριτὰς ἃ κερδανοῦσιν, ἤν τι τόνδε τὸν χορὸν
ὠφελῶσ' ἐκ τῶν δικαίων, βουλόμεσθ' ἡμεῖς φράσαι.
πρῶτα μὲν γάρ, ἢν νεᾶν βούλησθ' ἐν ὥρᾳ τοὺς ἀγρούς,
ὕσομεν πρώτοισιν ὑμῖν, τοῖσι δ' ἄλλοις ὕστερον.

His versibus fut. ind. κερδανοῦσιν significat quid post hoc tempus futurum sit, coni. praes. ὠφελῶσι quid nunc fiat, sed βούλησθε quid futurum sit eo tempore, quo id agitur, quod futuro ὕσομεν significatur, unde coni. praes. βούλησθε suspensus est.

Cf. Av. vs. 1101:

τοῖς κριταῖς εἰπεῖν τι βουλόμεσθα τῆς νίκης πέρι,
ὅσ' ἀγάθ', ἢν κρίνωσιν ἡμᾶς, πᾶσιν αὐτοῖς δώσομεν.

Vs. 1111 seqq.:

κἂν λαχόντες ἀρχίδιον εἶθ' ἁρπάσαι βούλησθέ τι
ὀξὺν ἱερακίσκον ἐς τὰς χεῖρας ὑμῖν δώσομεν.
ἢν δέ που δειπνῆτε πρηγορῶνας ὑμῖν πέμψομεν,
ἢν δὲ μὴ κρίνητε, χαλκεύεσθε μηνίσκους φορεῖν
ὥσπερ ἀνδριάντες· ὡς ὑμῶν ὃς ἂν μὴ μῆν' ἔχῃ,
ὅταν ἔχητε χλανίδα λευκήν, τότε μάλισθ' οὕτω δίκην
δώσεθ' ἡμῖν, πᾶσι τοῖς ὄρνισι κατατιλώμενοι.

Futurum indicativi *δώσομεν* indicat quid post hoc tempus futurum sit, coni. praes. *κρίνωσιν* et *κρινητε* quid hoc tempore fiat, sed coni. praes. *βούλησθε*, *δειπνῆτε*, *ἔχῃ* et *ἔχητε* indicant, quae fiant eo tempore, quo peraguntur ea, quae verbis *δώσομεν* 1112, *πέμψομεν* et *δώσετε* significantur, unde coni. praes. pendent. (Formae *κρίνωσιν* et *κρίνητε* etiam possunt esse aor. coni. sed comparatae cum *ὠφελῶσι* Nub. vs. 1116 praes. coni esse videntur.)

Cf. Plut. vs. 216:

ἐγὼ γάρ, εὖ τοῦτ' ἴσθι κἂν δῇ (Cob. *χρῇ*) *μ' ἀποθανεῖν*
αὐτὸς διαπράξω ταῦτα.

Ita enim legit Dindorf. pro *κεἰ δεῖ*, quod tantum pertinet ad tempus praesens, quum tamen necesse est conditionem eodem tempore esse quo *διαπράξω*. Sic etiam Meinekius Pac. vs. 931 *ὅτε* .... *λέγει* mutavit in *ὅταν* .... *λέγῃ*, quia sententiam temporalem eodem tempore esse oportet, quo *ἵνα* .... *λέγωσι*, unde pendet. Legimus igitur l. l.

ἐπίτηδές γ', ἵν' ὅταν ἐν τἠκκλησίᾳ
ὡς χρὴ πολεμεῖν λέγῃ τις, οἱ καθήμενοι
ὑπὸ τοῦ δέους λέγωσ' ἰωνικῶς ὀΐ.

Ubi ὅτε λέξει significaret certam quandam actionem, quum hic indefinitum temporis momentum formula ὅταν λέγῃ significari necesse est.

Alia exempla, ubi coni. praes. significat, quid fiat eo tempore, quo peragitur id quod verbo indicatur unde pendet, inveniuntur Nub. vs. 244, 391, 992, 1008, 1124, 1128, 1211, Av. vs. 450, 519, 559, 564, 1114, 1115, 1550, 1601, 1672, 1619, 1623, 565, 566, 567. Cf. etiam Av. vs. 758 cum vs. 757 et versibus seqq., et 1598 cum vs. 1597.

Nonnunquam coni. praes. significat, quid fiat non tantum eo tempore, quo peragitur id, quod verbum indicat, unde pendet, sed etiam quid factum sit ante illud tempus et ipso praesenti tempore fiat.

Videamus e. g. Av. vs. 1610:

ἐὰν δὲ τοὺς ὄρνις ἔχητε συμμάχους
ὅταν ὀμνύῃ τις τὸν κόρακα καὶ τὸν Δία
ὁ κόραξ παρελθὼν τοὐπιορκοῦντος λάθρα
προσπτόμενος ἐκκόψει τὸν ὀφθαλμὸν θενών.

Ubi ὀμνύῃ est eodem tempore quo ἐκκόψει, ἔχητε autem non tantum est eodem tempore, sed etiam ante id tempus.

Cf. Vesp. vs. 1071:

εἴ τις ὑμῶν, ὦ θεᾶται, τὴν ἐμὴν ἰδὼν φύσιν
εἶτα θαυμάζει μ' ὁρῶν μέσον διεσφηκωμένον,
ἥτις ἡμῶν ἐστιν ἡ 'πινοία τῆς ἐγκεντρίδος,
ῥᾳδίως ἐγὼ διδάξω, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.

ubi adv. τὸ πρίν demonstrat coni. praes. ᾖ esse etiam ante tempus verbi διδάξω.

Cf. Eq. vs. 1307:

ἐάν με χρῇ,
ὑπὸ τερηδόνων σαπεῖσ' ἐνταῦθα καταγηράσομαι

Ubi verbum χρῇ a tempore praesenti ad tempus futurum pertinet.

Eq. vs. 37:

ἢν δ' αὐτοὺς παραιτησώμεθα,
'επίδηλον ἡμῖν τοῖς προςώποισιν ποιεῖν
ἢν τοῖς ἔπεσι χαίρωσι καὶ τοῖς πράγμασιν.

Non hic apparet utrum χαίρωσι pertineat ad tempus praesens, an ad futurum, neque utrum ἢν.... χαίρωσι sit sententia conditionalis an quaestio indirecta.

Videamus postremo duos locos de quibus Hermannus disputat (l. l. pag. 26).

Nub. vs. 1152 ubi teste Hermanno quibusdam in libris legitur:

ΣΩ. ὥστ' ἀποφύγοις ἂν ἥντιν' ἂν βούλῃ δίκην.
ΣΤ. κεὶ μάρτυρες παρῆσαν, ὅτ' ἐδανειζόμην;
ΣΩ. πολλῷ γε μᾶλλον, κἂν παρῆσαν χίλιοι

Si scribitur κεὶ παρῆσαν, quod quia quaestioni Strepsiadis congruit praefero, simpliciter indicatur quid ante hoc tempus factum sit, sic ut versu superiore, sin κἂν παρῶσι, quod Hermannus, Dindorfius et alii scribendum esse putant, indicatur, quid fiat eo tempore, quo id agitur, quod verbis ἀποφύγοις ἂν significatur. Utriusque constru-

ctionis occurrunt exempla: vid. cap. II § 2 et cap. II § 5, 1⁰. nec quidquam his lectionibus repugnat. Sed κἂν παρῆσαν cum Hermanno reicio, quia desunt exempla, ubi ἂν hoc modo adhibitum sit. Si tamen metrum admitteret, etiam κἂν εἰ παρῆσαν legi posset, cf. Lys. 113, cap. III § 4.

Lys. vs. 1025 teste Hermanno nonnulli scribendum censuerunt:

κἂν με μὴ 'λύπεις, ἐγώ σου κἂν τόδε τὸ θηρίον
τοὐπὶ τὠφθαλμῷ λαβοῦσ' ἐξεῖλον ἄν, ὃ νῦν ἔνι.

Hermannus autem reicit κἂν με μὴ 'λύπεις, quia ἂν non hac constructione occurrat, scribitque κἂν με μὴ λυπῇς ἐγώ σου κἂν.... ἐξεῖλον ἂν cet., quod equidem nihilominus reicio, quia ne unum quidem huius constructionis exemplum occurrit. Sed assentior Dobraeo, qui legit κεἴ με μὴ 'λύπεις, quem Dindorf. secutus est (vid. Dind. l. l.), et cui constructioni nihil repugnat, cf. cap. II § 2 et cap. II § 5, 1⁰.

2. *Aoristus coniunctivi.*

In sententiis conditionalibus, temporalibus et relativis aor. coni cum ἂν indicat, quid factum sit ante id tempus, quo peragitur id, quod verbum indicat, unde pendet. Cf. Av. vs. 489, 759, Nub. vs. 376, 351, 348, 404, Ran. vs. 16, 878. Itaque Eq. vs. 92 πίνωσιν mutare velim in πίωσιν, quia post multa pocula, non semper inter bibendum, homines ebrii sunt. Cf. Pac. vs. 916 et 1359. Itaque si

verbum, unde aor. coni. pendet, est futurum vel futuri temporis significationem habet, hic aor. coni. idem significat quod futurum exactum.

E. g. apud fut. ind. Av. vs. 53, 167, 183, 204, 342, 383, 458, 1086, 1102, 1408, 1642, Nub. vs. 77, 536, 942, 945, 1079, 1083, 1087, 1121, Eq. vs. 210. Itaque Eq. vs. 698 legatur:

ΚΑ. οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρ' ἐὰν μή σ' ἐκφάγω
ἐκ τῆςδε τῆς γῆς, οὐδέποτε βιώσομαι.
ΑΛ. ἢν μὴ 'κφάγῃς; ἐγὼ δέ γ' ἢν μή σ' ἐκπίω
κᾆτ (vel κἂν) ἐκροφήσας αὐτὸς ἐπιδιαρραγῶ.

Particulae ἐάν et ἤν enim hic adhibendae sunt pro librorum lectione cum εἰ quam tuetur Hermannus Lib. II cap. 7 et Dind. l. l. Sed quia βιώσομαι hic votum significat etiam εἰ cum. opt. posset adhiberi (cf. cap. II § 2), nisi repugnaret metrum.

Eq. vs. 805 seqq. legatur:

ἢν δέ ποτ' εἰς ἀγρὸν οὗτος ἀπελθὼν εἰρηναῖος διατρίψῃ
καὶ χῖδρα φαγὼν ἀναθαρρήσῃ καὶ στεμφύλῳ ἐς λόγον ἐλθὼν
γνώσεται οἵων ἀγαθῶν αὐτὸν τῇ μισθοφορᾷ παρεκόπτου·

Conditio aliquid incerti habeat necesse est, quam ob causam ἢν .... διατρίψῃ .... ἀναθαρρήσῃ praefero lectioni Meinekii εἰ .... διατρίψει .... ἀναθαρρήσει quae certum temporis momentum indicat. Prorsus autem improbo librorum MSS. lectionem quam retinuerunt Hermannus (Lib. II Cap. 7), Dindorfius, Bergkius (Ed. l. l.) alii. εἰ .... διατρίψῃ .... ἀναθαρρήσῃ, quia ad hos coniunctivos neces-

sarium ἂν desideramus. Ceterum assentior Meinekio ἐλθὼν pro ἔλθῃ scribenti, quia symmetria postulat εἰρηναῖος διατρίψῃ — ἀναθαρρήσῃ, χῖδρα φαγὼν — στεμφύλῳ ἐς λόγον ἐλθών.

Aoristus coni. cum significatione futuri exacti invenitur apud imperativum Nub. vs. 89, 345, 702, (imperativus est omissus Nub. vs. 267, Ran. vs. 1281 ubi ἂν addidit Elmsleius), apud ὅπως cum fut. ind., quod significationem imperativi habet Nub. vs. 489, apud infinitivum cum δεῖ Av. vs. 1355, apud βούλομαι Nub. vs. 1500, 1501 ubi inf. ἀπολλύναι e fut. ind. ἀπολεῖς mente repetendus est, apud praesens ind. cum significatione futuri Av. vs. 1543, Plut. vs. 286, Eccl. vs. 247, Γεωργοί Dind. fragm. n⁰. 156:

ἐπεὶ δίδωμι χιλίας δραχμὰς
ἐὰν με τῶν ἀρχῶν ἀφῆτε.

apud fut. exactum Nub. vs. 1435.

Etiam apud opt. pot. qui fut. ind. significationi appropinquat coni. aor. cum ἂν adhibetur significatione fut. exacti in sententia conditionali, temporali vel relativa. E. g. Nub. vs. 116:

ἢν οὖν μάθῃς μοι τὸν ἄδικον τοῦτον λόγον
ἃ νῦν ὀφείλω διὰ σέ, τούτων τῶν χρεῶν
οὐκ ἂν ἀποδοίην οὐδ' ἂν ὀβολὸν οὐδενί.

Hic ipse coni. aor. in sententia conditionali indicat opt. pot. significationi fut. ind. appropinquare. Cf. Cap. I A § 4, 3⁰ et Cap. II § 2 n⁰. 2. (De οὐδ' ἂν vid. Cap. III § 5.) Vid. Nub. vs. 1151, Vesp. vs. 726, Lys. vs. 140, Plut. vs. 52. Sic etiam Nub. vs. 1393:

εἰ γὰρ τοιαῦτά γ' οὗτος ἐξειργασμένος
λαλῶν ἀναπείσει,
τὸ δέρμα τῶν γεραιτέρων λάβοιμεν ἂν
ἀλλ' οὐδ' ἐρεβίνθου.

fut. ind. ἀναπείσει indicat. opt. pot. λάβοιμεν ἂν appropinquare significationi fut. ind. Cf. Cap. I A § 4, 3⁰.

Sed apud opt. pot., qui a significatione fut. ind. differt, adhibetur opt. sine ἂν in oratione obliqua: Ran. vs. 96, Nub. 108, 870. Vid. Cap. II § 2 n⁰. 2.

Etiam coni. perf. cum ἂν, quod pendet a verbo cum significatione futuri, nonnunquam idem valet quod futurum exactum.

Av. vs. 554:

κἄπειτ' ἢν τοῦτ' ἐπανεστήκῃ, τὴν ἀρχὴν τὸν Δί' ἀπαιτεῖν.
(κἄπειθ' ἂν Δ. κἀπειδὰν B. vid. Dind. l. l.)

ἐπανεστήκει habet R. V. teste Dind. l. l. quod non convenit futuri exacti significationi, qua hic opus est.

Nonnunquam aor. coni. cum ἂν pendens a futuro vel formula, quae signif. fut. habet, significationi futuri appropinquat. Vid. e. g.

Nub. vs. 1499:

τοῦτ' αὐτὸ γὰρ καὶ βούλομαι,
ἢν ἡ σμινύη μοι μὴ προδῷ τὰς ἐλπίδας,
ἢ 'γὼ πρότερόν πως ἐκτραχηλισθῶ πεσών.

Ubi προδῷ habet signific. fut. ἐκτραχηλισθῶ autem fut. exacti. Significant enim haec verba: *Hoc ipsum enim etiam volo* (*scil. vos perdere*), *nisi forte ligo meam spem fallet*, *aut ego antea* (*i. e. antequam hoc perfecero*) *delapsus ero*.

Cf. Ran. vs. 132, 570, 685, 807, Nub. vs. 1126, 1500, Eccl. 803, Vesp. vs. 807, Lys. vs. 412, 768. Non igitur, ni fallor, opus est coniectura Meinekii qui Av. vs. 190 pro θύσωσιν θύωσιν scribendum esse putat.

In quaestionibus indirectis aor. coni. semper habet signif. futuri. Cf. Nub. vs. 535, Ran. vs. 175, 644, 1517, Vesp. vs. 271, 398, Ach. vs. 1031. Nonnunquam propria significatio aoristi coniunctivi explicari potest e significatione quadam incohativa temporis praesentis.

Videamus Av. vs. 577:

ἢν δ' οὖν ἡμᾶς μὲν ὑπ' ἀγνοίας εἶναι νομίσωσι τὸ μηδέν
τούτους δὲ θεοὺς τοὺς ἐν Ὀλύμπῳ, τότε χρὴ στρούθων νέφος ἀρθέν
καὶ σπερμολόγων ἐκ τῶν ἀγρῶν τὸ σπέρμ' αὐτῶν ἀνακάψαι.

Videmus νομίσωσι eundem locum in sententia habere quem Av. vs. 586 ἡγῶνται. Comp. Ran. vs. 1463 νομίσωσι, Av. vs. 723 νομίσητε, Plut. vs. 682 et Av. vs. 1366 νομίσας, quod partic. significationem habet temporis praesentis, quia verbum νομίζειν hic non idem significat quod ἡγεῖσθαι, *putare*, *opinionem habere*, sed potius *opinionem suscipere*, ita ut tempus praeteritum significet *opinionem habere*, *putare*. Non tamen νομίζειν ubique significationem incohativam habet. Nonnunquam enim idem significat quod ἡγεῖσθαι. E. g. Plut. vs. 273:

πάντως γὰρ ἄνθρωπον φύσει τοιοῦτον ἐς τὰ πάντα
ἡγεῖσθέ μ' εἶναι κοὐδὲν ἂν νομίζεθ' ὑγιὲς εἰπεῖν;

cf. Av. vs. 1349.

Sic etiam ἄρξωσιν Av. vs. 1606 futuri significationem

habet; cf. Eq. vs. 801, ubi aor. ἄρξῃ eundem locum in sententia occupat, quem praesentia ἁρπάζῃς, δωροδοκῇς, καθορᾷ et etiam perfectum cum significatione praesentis κεχήνῃ. Neque minus Vesp. vs. 558 part. aor. ἄρξας eundem locum in sententia occupat, quem part. praes. ἀγοράζων, itaque praesentis temporis significatione adhibetur. Ex quibus locis patet ἄρχειν hic habere significationem incohativam *regnum accipere*, itaque praeteritum significationem praesentis *regnare*. Plut. vs. 494 ἢν . . . . βλέψῃ significat: *si aciem acceperit*. Ibid. 505 βλέπειν significat *videre*, si legitur ταύτην βλέψας, *aciem accipere autem*, si legitur ταῦτ' ἢν βλέψῃ.

Vesp. vs. 715 aor. δείσωσι significationem futuri temporis habet. Cf. Lys. vs. 437 ἔδεισας οὗτος; vs. 822 ἔδεισά γε quibus aoristis praesentis temporis significatio est.

Animadversione dignus est locus Av. vs. 1622:

> ὅταν διαριθμῶν ἀργυρίδιον τύχῃ
> ἄνθρωπος οὗτος ἢ καθῆται λούμενος
> καταπτόμενος ἰκτῖνος, ἁρπάσας λάθρᾳ
> προβάτοιν δυοῖν τιμὴν ἀνοίσει τῷ θεῷ.

Ubi τύχῃ non in τυγχάνῃ mutari potest, quia syllaba tertia vocabuli ἀργυρίδιον producitur, sicut Ran. vs. 1301 πορνιδίων, Nub. vs. 92 τῳκίδιον, 746 Σωκρατίδιον, Plut. vs. 985 ἱματίδιον. Attamen διαριθμῶν τύχῃ, ita ut καθῆται, quod occupat eundem locum in sententia, necessario actionem eiusdem temporis ac ἀνοίσει significat. Quae constructio significatione verbi τυγχάνειν positi cum Participio

praesenti explicari potest. Aoristus enim verbi τυγχάνειν cum participio praes. coniunctus habet significationem temporis praesentis. Vid. e. g. Plut. vs. 150:

ὅταν μὲν αὐτάς τις πένης πειρῶν τύχῃ

neque differt a praesenti verbi τυγχάνειν cum Participio praes. Cf. Plut. vs. 1037. Cum Participio aor. autem coniunctus significat tempus praeteritum. Vid. e. g. Av. vs. 458:

ὃ γὰρ ἂν σὺ τύχῃς μοι
ἀγαθὸν πορίσας, τοῦτο κοινὸν ἔσται

ubi propter fut. ind. ἔσται coni. aor. τύχῃς πορίσας significationem futuri exacti habet. Cf. Plut. vs. 3. ἢν .... λέξας τύχῃ, quod eundem locum in sententia occupat quem δόξῃ. Cf. etiam Plut. vs. 237:

ἢν μὲν γὰρ εἰς φειδωλὸν εἰςελθὼν τύχω,
εὐθὺς κατώρυξέν με κατὰ τῆς γῆς κάτω,

et Nub. vs. 1079:

μοιχὸς γὰρ ἢν τύχῃς ἁλούς, τάδ' ἀντερεῖς πρὸς αὐτόν.

CAPUT III.

Κἄν.

§ 1. Κἄν *in oratione obliqua*.

In sententiis conditionalibus *κἄν* natum est e *καὶ ἐάν*. *Καί* significare potest *et*, itaque *κἄν* non differt a significatione vocabulorum *ἢν δέ*.

Vide e.. g. Av. vs. 566:

ἢν δὲ Ποσειδῶνί τις οἶν θύῃ, νήττῃ πυροὺς καθαγίζειν·
ἢν δ' Ἡρακλέει θύῃσι, λάρῳ ναστοὺς θύειν μελιτοῦντας·
κἂν Διὶ θύῃ βασιλεῖ κριόν, βασιλεύς ἐστ' ὀρχίλος ὄρνις.

Cf. Nub. vs. 1126:

ἢν δὲ πλινθεύοντ' ἴδωμεν, ὕσομεν καὶ τοῦ τέγους
τὸν κέραμον αὐτοῦ χαλάζαις στρογγύλαις συντρίψομεν.
κἂν γαμῇ ποτ' αὐτὸς ἢ τῶν ξυγγενῶν ἢ τῶν φίλων,
ὕσομεν τὴν νύκτα πᾶσαν· ὥστ' ἴσως βουλήσεται
κἂν ἐν Αἰγύπτῳ τυχεῖν ἂν μᾶλλον ἢ κρῖναι κακῶς.

Ubi prius *κἄν* vs. 1128 eandem prorsus significationem habet quam *ἢν δέ* vs. 1126, secundum *κἄν* vs. 1130 autem prorsus aliud quid significat; de quo vid. Cap. III § 2. Cf. Av. vs. 1111, Nub. vs. 992, Ran. vs. 1178.

Praeterea *καί* significare potest *etiam*, itaque *κἄν etiam si*. E. g. Av. vs. 1550:

φέρε τὸ σκιάδειον, ἵνα με κἂν ὁ Ζεὺς ἴδῃ
ἄνωθεν, ἀκολουθεῖν δοκῶ κανηφόρῳ.

Cf. Eq. vs. 963, 1386, Ran. vs. 736.

Tertia significatio vocabuli *καί* est *vel*, itaque vocabuli *κἄν vel si*. E. g. Nub. vs. 1315:

ὥστε νι —
κἂν ἅπαντας οἷςπερ ἂν
ξυγγένηται, κἂν λέγῃ παμπόνηρ'.
ἴσως δ', ἴσως βουλήσεται κἄφωνον αὐτὸν εἶναι.

ubi *κἄν* significat *vel si*, et *καί*, quod cum vocabulo *ἄφωνον* crasi coniunctum est, *vel*. Cf. Lys. vs. 123, Eccl. vs. 796, Ran. vs. 685; de Nub. vs. 1153 vid. supra Cap. II § 5, 1°.

§ 2. Κἄν *in oratione recta.*

In oratione recta *κἄν* natum est e *καὶ ἄν*, dum *καί* easdem significationes habet, quas proximo paragrapho memoravimus *et*, *etiam* et *vel*, *ἄν* autem pertinet aut ad optativum potentialem, aut ad praeteritum modi potentialis, aut ad praeteritum repetitionis, aut ad infinitivum. Videamus nonnulla exempla. Lys. vs. 516 legimus: *κἂν ᾤμωζές γ', εἰ μὴ 'σίγας.* Ubi *καί* significat *et*, pertinens ad verbum *ᾤμωζες*, ad quod praeteritum etiam *ἄν* referendum est. Ceterum de hoc loco vid. Cap. I B § 2.

Nub. vs. 1235 legimus:

κἂν προςκαταθείην γ', ὥστ' ὀμόσαι, τριώβολον.

Ubi *καί* significans *vel* pertinet ad *τριώβολον*, *ἄν* pertinet ad optativum potentialem.

Lys. vs. 1025:

κεἴ με μὴ 'λύπεις, ἐγὼ σοῦ κἂν τόδε τὸ θηρίον
τοὐπὶ τὠφθαλμῷ λαβοῦσ' ἐξεῖλον ἄν, ὃ νῦν ἔνι.

Ubi *καί* significat *vel* et pertinet ad verbum *ἐξεῖλον*, ad quod praet. in re non facta etiam *ἄν* pertinet, dum apud ipsum verbum repetitur. (Vid. Cap. IV § 2. De vocula *κεἰ* pro *κἄν* Vid. Cap. II § 5, 1°).

Cum Infinitivo adhibetur *κἄν* Lys. vs. 132:

ἔφησθα σαυτῆς κἂν παρατεμεῖν θἤμισυ.

Ubi *καί* significat *vel* pertinens ad *θἤμισυ* et *ἄν* pertinet ad inf. (Vid. Cap. I. D.).

Eadem ratio est voculae *κἄν* Eq. vs. 621:

ὡς ἐγώ μοι δοκῶ
κἂν μακρὰν ὁδὸν διελθεῖν
ὥστ' ἀκοῦσαι.

Ubi *καί* cum significatione *vel* pertinet ad *μακρὰν ὁδόν*, dum *ἄν* pertinet ad inf. *διελθεῖν*. Cf. Nub. vs. 1129:

ὥστ' ἴσως βουλήσεται
κἂν ἐν Αἰγύπτῳ τυχεῖν ἂν μᾶλλον ἢ κρῖναι κακῶς,

Ubi *καί* quoque significat *vel* et pertinet ad vocabula *ἐν Αἰγύπτῳ*, *ἄν* autem ad inf. *τυχεῖν*, dum apud ipsum verbum repetitur, si quidem coniectura Kockii admittenda est, qui Mss. lectionem *ὤν* reicit. Vid. Cap. IV § 2.

Itaque Seagerus Av. vs. 671 *καὶ φιλῆσαι* in *κἂν φιλῆσαι*

mutavit, ubi ambo καί, *i. e. vel*, et ἄν pertinent ad Infinitivum.

§ 3. Κἄν *singulis vocabulis adiectum.*

Cum singulis vocabulis constructum κἄν est pars sententiae conditionalis omissae. E. g. Lys. vs. 671:

> εἰ γάρ ἐνδώσει τις ἡμῶν ταῖσδε κἂν σμικρὰν λαβήν,
> οὐδὲν ἐλλείψουσιν οὗτοι λιπαροῦς χειρουργίας.

Absoluta sententia fere huiusmodi esset: εἰ γάρ ἐνδώσει τις ἡμῶν ταῖσδε λαβήν, κἄν (i. e. καί, *etiam* ἐάν, *si*) σμικρὰν λαβὴν ἐνδιδῷ κτέ. Cf. Vesp. vs. 92 κἂν ἄχνην, Plut. vs. 126 κἂν σμικρὸν χρόνον. Ach. vs. 1021 κἂν πέντ' ἔτη. Itaque Meinekius Ran. vs. 734 κἄν vocabulo καί substituit:

> ἀλλὰ καὶ νῦν ὠνόητοι μεταβαλόντες τοὺς τρόπους
> χρῆσθε τοις χρηστοῖσιν αὖθις.

Vocabula καὶ νῦν significant *etiam nunc*, sed sententia poscit *nunc saltem*, quod vocabulis κἂν νῦν significari oportet. Completa sententia enim esset: ἀλλ' ὠνόητοι μεταβαλόντες τοὺς τρόπους χρῆσθε τοῖς χρηστοῖσιν αὖθις, κἄν (i. e. καί *etiam* ἐάν, *si*) νῦν τοῦτο ποιῆτε (*etiam si nunc demum hoc facitis*).

Eadem de causa Hemsterhusius Plut. vs. 945:

> ἐὰν δὲ ξύζυγον λάβω τινὰ
> καὶ σύκινον

καί in κἄν (i. e. καὶ ἐὰν σύκινον λάβω) mutavit.

§ 4. Κἄν *toti sententiae additum.*

Ubi κἄν toti sententiae conditionali appositum est, καί pertinet ad hanc sententiam conditionalem, dum ἄν aut repetitio est particulae verbo appositae, unde sententia conditionalis pendet, aut pertinet ad verbum omissum et e prioribus verbis mente repetendum. Videamus e. g. duos locos: Ran. vs. 585:

κἄν εἴ με τύπτοις οὐκ ἄν ἀντείποιμί σοι,

Ubi καί significat *vel* pertinens ad sententiam conditionalem, dum ἄν est repetitio particulae optativi potentialis. Lys. vs. 111:

ΛΥ. ἐθέλοιτ' ἄν οὖν, εἰ μηχανὴν εὕροιμ' ἐγὼ
μετ' ἐμοῦ καταλῦσαι τὸν πόλεμον; ΜΥ νὴ τὼ θεώ.
ἐγὼ μὲν ἄν κἄν εἴ με χρείη τοὔγκυκλον
τουτὶ καταθεῖσαν ἐκπιεῖν αὐθημερόν.
ΚΑ. ἐγὼ δέ γ' ἄν κἄν ὡσπερεὶ ψῆττάν με δῇ (Cob. χρῇ)
ἐπιδοῦν' ἐμαυτῆς παρατεμοῦσαν θἤμισυ.

Secundum κἄν ortum est e καί et ἐάν significatque *vel si*, vid. Cap. III § 1. Prius κἄν autem natum est e καί, quod pertinet ad sententiam conditionalem εἴ με χρείη et ἄν quod pertinet ad omissum optativum ἐθέλοιμι, qui ad vocabula ἐγὼ μὲν ἄν e prioribus vocabulis ἐθέλοιτ' ἄν οὖν mente repetendus est.

§ 5. Οὐδ' ἄν.

Duobus rationibus *οὐδέ* adhiberi potest. Nam sententias duas vel vocabula duo coniungere potest, sive est additum *ἄν*, quod ad proximum verbum pertinet, sed hac coniunctione attractum est e. g. Nub. vs. 978 *οὐδ' ἄν . . . ἐβάδιζεν*, vs. 980 *οὐδ' ἄν . . . ἐξῆν*, 1432 *οὐδ' ἄν . . . δοκοίη* cet. sive illa coniunctio particula *ἄν* caret. E. g. Ran. vs. 899:

λῆμα δ' οὐκ ἄτολμον ἀμφοῖν.
οὐδ' ἀκίνητοι φρένες.

Ubi idem significat ac vocula *κοὐ* contracta e *καὶ οὐ*. E. g. Av. vs. 471:

ἀμαθὴς γὰρ ἔφυς κοὐ πολυπράγμων, οὐδ' Αἴσωπον πεπάτηκας.

Sed etiam significare potest *ne . . . quidem*. E. g. Av. vs. 296:

οὐδ' ἰδεῖν ἔτ' ἔσθ' ὑπ' αὐτῶν πετομένων τὴν εἴςοδον.

Ran. vs. 75:

οὐ γὰρ σάφ' οἶδ' οὐδ' αὐτὸ τοῦθ' ὅπως ἔχει.

Nub. vs. 1396 *ἀλλ' οὐδ' ἐρεβίνθου*, Pac. vs. 1200 *οὐδὲ κολλύβου*. Sic saepius *οὐδέ* cum huiusmodi vocabulis coniungitur ad vim negationis augendam. Cf. Lys. vs. 107:

ἀλλ' οὐδὲ μοιχοῦ καταλέλειπται φεψάλυξ.

Lys. vs. 109:

οὐκ εἶδον οὐδ' ὄλισβον ὀκτωδάκτυλον.

Si *οὐδέ* significat *ne... quidem* saepe particula *ἄν* est addita, quae pertinet ad verbum. (Vid. Cap. IV § 1.) E. g. Eq. vs. 573:

καὶ στρατηγὸς οὐδ' ἂν εἷς
τῶν πρὸ τοῦ σίτησιν ᾔτησ' ἐρόμενος Κλεαίνετον.

Exemplum ubi *οὐδέ* significat *ne ... quidem* et *neque*, dum *ἄν* pertinet ad verbum, legimus Vesp. vs. 72:

ἣν οὐδ' ἂν εἷς γνοίη ποτ' οὐδ' ἂν ξυμβάλοι

ubi prius *οὐδέ* significat *ne ... quidem* dum *ἄν* ad opt. pot. *γνοίη* pertinet, secundum *οὐδέ* autem *neque*, dum *ἄν* item ad opt. pot. *ξυμβάλοι* pertinet.

Utriusque significationis exemplum invenimus etiam Nub. vs. 425 seq.:

οὐδ' ἂν διαλεχθείην γ' ἀτεχνῶς τοῖς ἄλλοις, οὐδ' ἂν ἀπαντῶν,
οὐδ' ἂν θύσαιμ' οὐδ' ἂν σπείσαιμ' οὐδ' ἐπιθείην λιβανωτόν.

Primum et secundum *οὐδέ* significant *ne ... quidem* dum prius *ἄν* pertinet ad opt. pot. *διαλεχθείην*, secundum ad idem verbum, quod tamen omissum, sed e praegresso mente repetendum est. Cf. Av. vs. 11:

οὐδ' ἂν μὰ Δί' ἐντεῦθεν γ' Ἐξηκεστίδης.

Av. vs. 815:

οὐδ' ἂν χαμεύνῃ πάνυ γε κειρίαν γ' ἔχων.

Tertium, quartum et quintum *οὐδέ* Nub. vs. 426 sequentia cum praegressis coniungunt, et significant *neque*.

Tertium et quartum ἄν ibidem pertinent ad opt. pot. θύσαιμι et σπείσαιμι, dum quintum οὐδέ opt. pot. ἐπιθείην sine particula ἄν cum prioribus coniungit, quia particula facile ex antecedentibus mente repetitur. Cf. Cap. IV § 4.

De diversa significatione vocabulorum οὐδ' ἄν in eodem versu vid. Plut. vs. 924. De οὐκ ἄν cum significatione *ne ... quidem* vid. Vesp. vs. 298, Ach. vs. 966 et Nub. vs. 108 comp. cum Plut. vs. 924.

Particula ἄν quae apud οὐδέ, *ne ... quidem*, posita est saepe est repetitio particulae, quae ipsi verbo est apposita. Vid. Cap. IV § 2. E. g. Vesp. vs. 508:

ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα
ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἂν οὗ με νῦν ἀποστερεῖς.

Cf. Lys. vs. 3:

οὐδ' ἂν διελθεῖν ἦν ἂν ὑπὸ τῶν τυμπάνων.

Nonnunquam etiam οὐδέ est repetitio negationis particulae, quae verbo apposita est. E. g. Pac. vs. 1223 οὐκ ἂν πριαίμην οὐδ' ἂν ἰσχάδος μιᾶς. Cf. Nub. vs. 118 et 1250:

οὐκ ἂν ἀποδοίην οὐδ' ἂν ὀβολὸν οὐδενί.

Sunt pauci loci apud Aristophanem, ubi ἄν ad substantivum vel aliud vocabulum pertinet. (Vid. Cap. I C. § 1.) Videamus denique duos locos. Ach. vs. 1033 seqq.:

ΓΕ. σὺ δ' ἀλλά μοι σταλαγμὸν εἰρήνης ἕνα
ἐς τὸν καλαμίσκον ἐνστάλαξον τουτονί.
ΔΙ. οὐδ' ἂν στριβιλικίγξ· ἀλλ' ἀπιὼν οἴμωζέ ποι.

Ubi particula ἂν quamvis substantivo apposita tamen cum interserendo optativo potentiali ἐνσταλαχθείη construenda est, dum οὐδὲ cum substantivo στριβιλικίγξ coniunctum est ad vim negationis augendam. Cf. supra Nub. vs. 1396 οὐδ' ἐρεβίνθου, Pac. vs. 1200 οὐδὲ κολλύβου cet.

Vesp. vs. 558 ὃς ἔμ' οὐδ' ἂν ζῶντ' ᾔδειν i. e. ὃς οὐδ' εἰ ζῴην ᾔδειν, *qui ne sciebat quidem an viverem*, dum vocabula ὃς ἔμ' οὐδὲ ζῶντ' ᾔδειν idem significarent quod vocabula: ὃς οὐδ' ὅτι ζῴην ᾔδειν, *qui nesciebat etiam me vivere.*

CAPUT IV.

DE COLLOCATIONE PARTICULAE ἂν IN SENTENTIA.

§ 1. Ἂν *semel in sententia positum.*

Non ubique sine controversia statui potest, ubi particula ἂν in sententia ponenda sit. Modo verbum proxime praecedit, e. g. Vesp. 1440, Av. vs. 1129, Lys. vs. 1097 cet., modo proxime sequitur verbum, e. g. Ach. vs. 543, 801, Eq. vs. 1110 cet., modo uno pluribusve vocabulis a verbo disiunca est, e. g. Ach. vs. 640, Pac. vs. 136, 351, prout aut metrum aut sonus poscit, aut serius ocius significanda est mutatio, quam particula ἂν sententiae afferat. In oratione recta nullum exemplum invenimus,

ubi sententia a particula ἂν incipiat. Quamvis in oratione obliqua sententia plerumque a coniunctione vel pronomine relativo incipiat, nonnunquam tamen unum vocabulum plurave vocabula, quae intenduntur, praecedunt coniunctionem vel pronomen relativum. E. g. Nub. vs. 749:

γυναῖκα φαρμακίδ' εἰ πριάμενος Θετταλήν,
καθέλοιμι νύκτωρ τὴν σελήνην,

Cf. Nub. vs. 256, Av. vs. 1550, Pac. vs. 371, Lys. vs. 572, Ach. vs. 555. Eccl. vs. 304.

Nub. vs. 933 e libris editur: κλαύσει τὴν χεῖρ' ἢν ἐπιβάλλῃς. (Bergk.: εἰ τὴν χεῖρ' κτέ.) Videatur deinde Krüger, Synt. Gr. § 54. 17. A. 7.

Etiam unus locus apud Aristophanem occurrit ubi ἂν coniunctionem praecedit: Av. vs. 1017, Dindorf e cod. Flor. Δ recepit:

νὴ Δί' ὡς οὐκ οἶδ' ἂν εἰ
φθαίης ἔτ'

ubi particula pertinet ad opt. pot. φθαίης.

Vocabula, quae intenduntur plerumque particulam ἂν attrahunt. Permulta sunt huiusmodi vocabula, unde sententiae incipiunt, vel quae vulgo inter prima sententiarum vocabula ponuntur, quibus particula ἂν attrahitur. In sententiis conditionalibus et temporalibus, quae cum ἂν et coniunctivo construuntur, haec particula semper cum coniunctione in unum vocabulum conflatur. Vid. Cap. II § 3. Pronomina relativa, quamvis cum particula non coniungantur, plerumque tamen eam attrahunt. Vid. Cap. II § 3. De κἂν et οὐδ' ἂν vid. Cap. III.

Cetera vocabula, quae ἄν attrahunt, et locos apud Aristophanem, ubi haec occurrunt, iam enumerabo, neque ea quae praeterea de collocatione particulae ἄν in sententiis relativis et sententiis Cap. III memoratis mihi dicenda esse videntur silentio praetermittam.

1[0]. *Particulae interrogativae et pronomina interrogativa:*

Πῶς ἄν: E. g. *a*) Eq. vs. 1324 πῶς ἄν ἴδοιμεν; ceteri loci ubi *a*) verbum proxime sequitur sunt: Nub. vs. 689, 874, Vesp. vs. 1195, Thesm. vs. 1016. Nonnunquam verbum *b*) uno vocabulo *c*) pluribusve vocabulis, nonnunquam etiam *d*) tota sententia a particula remotum est E. g. *b*) Eq. vs. 460: πῶς ἄν σ' ἐπαινέσαιμεν. Cf. Vesp. vs. 166. *c*) Eq. vs. 773:

καὶ πῶς ἄν ἐμοῦ μᾶλλόν σε φιλῶν, ὦ Δῆμε, γένοιτο πολίτης;

Thesm. vs. 22: πῶς ἄν οὖν

πρὸς τοῖς ἀγαθοῖς τούτοισιν ἐξεύροις κτέ. Cf. Ach. vs. 991, Eq. vs. 16, Av. vs. 1437, 1652, Ran. vs. 582. *d*) Plut. vs. 583:

εἰ γὰρ ἐπλούτει, πῶς ἄν ποιῶν τὸν Ὀλυμπικὸν αὐτὸς ἀγῶνα,
ἵνα τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας ἀεὶ δι' ἔτους πέμπτου ξυναγείρει,
ἀνεκήρυττεν τῶν ἀσκητῶν τοὺς νικῶντας στεφανώσας
κοτίνῳ στεφάνῳ;

Raro unum vocabulum plurave vocabula inter particulam interrogativam et ἄν interseruntur:

Av. vs. 374: πῶς δ' ἄν οἵδ' ἡμᾶς τι χρήσιμον διδάξειάν ποτε;

Av. vs. 201: πῶς δῆτ' ἄν αὐτοὺς ξυγκαλέσειας; Cf. Nub. vs. 79.

Ach. vs. 307: πῶς δέ γ' ἄν καλῶς λέγοις ἄν;

Lys. vs. 912: καὶ πῶς ἔθ' ἁγνὴ δῆτ' ἂν ἔλθοιμ' ἐς πόλιν;
Ἀρ' ἂν a) Pac. vs. 710. d) Vesp. vs. 484. Πόθεν ἂν a) Pac. vs. 21, 521. Ποῦ γὰρ ἂν c) Lys. vs. 910, Ποῖ δῆτ' ἂν a) Ran. vs. 296. Ποῖον ἂν a) Vesp. vs. 1198. Ποίαν δ' ἂν a) Av. vs. 173. Τίς ἂν a) Ran. vs. 1373 (ὁ τίς ἂν ἐπενόησεν ἄλλος;) b) Plut. vs. 501 (τίς ἂν οὖν) (τίς οὖν ἂν b) Pac. vs. 1033). Vesp. vs. 347, Lys. vs. 259 (τίς ἄν πετ'). c) Thesm. vs. 715, Av. vs. 198, Eccl. vs. 363, Τίν' οὖν ἂν b) Thesm. vs. 768. Τί ἂν οὖν b) Av. vs. 172, Thesm. vs. 707, c) Plut. vs. 335, Τί ἂν c) Plut. vs. 464, Τί δ' ἂν c) Plut. vs. 462, Τί δῆτ ἂν a) Thesm. vs. 847; Eccl. vs. 24 et 348 (τί δῆτ' ἂν εἴη;) Plut. vs. 1152 (cf. Nub. vs. 154 et Lys. vs. 399) τῷ δῆτ' ἂν Eq. vs. 1209. Τί γὰρ ἂν b) Eccl. vs. 85, c) Plut. vs. 252. Τί μὲν οὖν ἂν c) Nub. vs. 1086

2°. *Particulae et Pronomina negationis:*

Οὐκ ἂν a) Ran. vs. 135, 830, 1406, Ach. vs. 136, 944, Eq. vs. 750, Nub. vs. 118, 119, 1183, 1467, Vesp. vs. 278, Pac. vs. 378, 658, Av. vs. 154, 792; Lys. vs. 129 et 1219 (οὐκ ἂν ποιήσαιμ'). Thesm. vs. 549, 595, 1129, Eccl. vs. 197, 219, 237 (cf. Pac. vs. 907). b) Nub. vs. 232, Pac. vs. 848. c) Lys. vs. 515, Eccl. vs. 95 (τίς οὐκ ἄν). Κοὐκ ἂν a) Lys. vs. 678, Οὐκέτ' ἂν a) Plut. vs. 284, Κοὐκέτ' ἂν b) Pac. vs. 349, Οὐδέποτ' ἂν a) Pac. vs. 1086, Nub. vs. 1056, Οὐ γὰρ ἂν a) Thesm. vs. 1014, Nub. vs. 119, b) Ran. vs. 542, Nub. vs. 227. c) Lys. vs. 301, Nub. vs. 360. Οὐ γάρ ποτ' ἂν e) Lys. vs. 351, Οὐδ' ἄρ' ἂν b) Eccl. vs. 389, Οὐκοῦν ἂν c) Pac. vs. 43 (Cf. Lys. vs. 307), Οὐδεὶς ἂν a) Eccl. vs. 304, Οὐδεὶς γὰρ

ἂν *a*) Pac. vs. 14, Κοὐδὲν ἂν *c*) Plut. vs. 275, Οὐδὲν γὰρ ἂν *c*) Nub. vs. 1157.

3⁰. Alia vocabula quae ἂν attrahunt, sunt *Pronomen demonstrativum et indefinitum.*

Τοσαῦτ' ἂν *a*) Eccl. vs. 141, Τοιαῦτ' ἂν *b*) Eccl. vs. 134, Ταῦτ' ἂν *b*) Pac. vs. 643: Οὗτος ἂν *c*) Av. vs. 795. τις ἂν Ran. vs. 1458, Plut. vs. 485, τιν' ἂν Ran. vs. 911.

4⁰. *Adverbia, coniunctiones et ceterae particulae quae ἂν attrahunt.*

οὕτως ἂν *a*) Ran. vs. 1149, Vesp. vs. 461, τότ' ἂν *c*) Av. vs. 505 (cf. Nub. vs. 977). ὅμως ἂν *a*) Av. vs. 1224, *b*) Lys. vs. 825. ἴσως ἂν *b*) Pac. vs. 286, τάχ' ἂν *a*) Vesp. vs. 277, τάχα δ' ἂν *d*) Vesp. vs. 281. τάχα δ' ἂν ἴσως *c*) Vesp. vs. 1456. ἔτ' ἂν *a*) Thesm. vs. 1221, Lys. vs. 141 (τὸ πρᾶγμ' ἀνασωσαίμεσθ' ἔτ' ἄν). μὲν ἂν *a*) Lys. vs. 1233 (ὥσθ' ὅτι μὲν ἂν λέγωσιν οὐκ ἀκούομεν). *b*) Eq. vs. 1131, *c*) Plut. vs. 1179, Ach. vs. 995 (cf. Plut. vs. 983). δ' ἂν *a*) Plut. vs. 97, 1181, Lys. vs. 1121 (οὐ δ' ἄν) *b*) Eccl. vs. 484, *c*) Av. vs. 1313 (Ach. vs. 545 ἦν δ' ἄν). γὰρ ἂν *a*) Av. vs. 815, Lys. vs. 25. Vesp. vs. 1159, *b*) Av. vs. 459 (ὁ γὰρ ἄν). Plut. vs. 427, 535, *c*) Av. vs. 1386, Nub. vs. 227 et Vesp. vs. 344 (οὐ γὰρ ἄν ποτε). (Cf. Vesp. vs. 1140 ἔγνως γὰρ ἂν et Plut. vs. 1070 μαινοίμην γὰρ ἄν). ὅτι ἂν *a*) Ach. vs. 555, Ὥστ' ἂν *a*) Av. vs. 196. Ὥσπερ ἂν *a*) Pac. vs. 26. εἶτ' ἂν *c*) Pac. vs. 641. κᾆτ' ἂν *c*) Av. vs. 789. γ' ἂν *a*) Eccl. vs. 79, 89, 190, 407, 1086, 1127, Plut. vs. 1036, Ran. vs. 960 (ἐξ ὧν γ' ἂν ἐξελεγχόμην), *b*)

Ach. vs. 994, Ran. vs. 637 (*χὠπότερόν γ' ἂν νῷν ἴδῃς*, *c*) Eq. vs. 345, 413, Eccl. vs. 806 (*πάνυ γ' ἂν οὖν*), Plut. vs. 380. *πρίν γ' ἂν* *a*) Ach. vs. 176, Ran. vs. 78. *b*) Ran. vs. 845. *c*) Av. vs. 585. *πρὶν ἂν γ'* *b*) Eccl. vs. 770, 857, Vesp. vs. 920, Ach. vs. 296 (Rav. *πρίν γ'*). *πρὶν ἂν* *c*) Vesp. vs. 579, 725, Ran. vs. 1380. Plut. vs. 477. *μέντἂν* (i. e. *μέντοι ἂν*) *a*) Av. vs. 1692, Eccl. vs. 650, *b*) Ach. vs. 544. (Cf. Plut. vs. 1062 *ὄναιο μέντἂν*, Ach. vs. 162 *ὑποστένοι μέντἂν ὁ θρανίτης λεώς*, Ach. vs. 906 *λάβοιμι μέντἂν κέρδος*). *ἂν οὖν* Lys. vs. 110 (*ἐθέλοιτ' ἂν οὖν*). *ἡνίκ' ἂν δέ* *c*) Plut. vs. 107. *τἄρ' ἂν* Av. vs. 1017 (*ὑπάγοιμι τἄρ' ἂν*) 1358 (*ἀπέλαυσα τἄρ' ἄν*).

5⁰. Praeterea *ἂν* attrahitur *Comparativo et Superlativo et Participio*, quae modo praecedunt modo sequuntur.

E. g. Av. vs. 370:

ἢ τίνας τισαίμεθ' ἄλλους τῶν δ' ἂν ἐχθίους ἔτι;

Eccl. vs. 1131: *τίς γὰρ γένοιτ' ἂν μᾶλλον ὀλβιώτερος*; cf. Vesp. vs. 825.

Eccl. vs. 1124: *ἐκλεγομένας ὅ τι ἂν μάλιστ' ὀσμὴν ἔχῃ*, ubi non apparet, utrum particula pronomine relativo an superlativo *μάλιστ'* attracta sit. Cf. Av. vs. 1222:

δικαιότατ' ἂν ληφθεῖσα πασῶν Ἰρίδων
ἀπέθανες,

ubi particula Superlativo et Participio attracta est.

De Vesp. vs. 509 et Lys. vs. 146 ubi particula, quae comparativum proxime sequitur, apud ipsum verbum repetitur, et de Nub. vs. 1130 vid. § 2.

Participium praecedit particulam *a*) Eq. vs. 1353: *παραδραμὼν ἂν ᾤχετο*. Cf. Nub. vs. 167, Lys. vs. 519. *b*) Nub. vs. 1382:

εἰ μέν γε βρῦν εἴποις, ἐγὼ γνοὺς ἂν πιεῖν ἐπέσχον,

μαμμᾶν δ' ἂν αἰτήσαντος ἧκόν σοι φέρων ἂν ἄρτον.

Vid. § 2. Cf. Av. vs. 789. *c*) Vesp. vs. 212:

κοὐκ ἔσθ' ὅπως διαδὺς ἂν ἡμᾶς ἔτι λάθοι. Cf. Av. vs. 111.

d) Vesp. vs. 279: *κάτω κύπτων ἂν οὕτω,*

λίθον ἕψεις, ἔλεγεν.

De Pac. vs. 646 ubi particula apud ipsum participium bis posita est, vid. § 2.

Participium sequitur particulam: *a*) Vesp. vs. 269:

ἡγεῖτ' ἂν ᾄδων Φρυνίχου·

Cf. Lys. vs. 512, Eccl. vs. 793. *c*) Pac. vs. 639:

τῶν δὲ συμμάχων ἔσειον τοὺς παχεῖς καὶ πλουσίους,

αἰτίας ἂν προςτιθέντες, ὡς φρονοῖ τὰ Βρασίδου.

Cf. Av. vs. 1222. Plut. vs. 1179:

ὁ μὲν ἂν ἥκων ἔμπορος

ἔθυσεν ἱερεῖόν τι,

ubi particula vocula *μὲν* et Participio attracta est. Cf. Av. vs. 789 *κᾆτ' ἂν ἐμπλησθεὶς ἐφ' ἡμᾶς αὖθις αὖ κατέπτετο.* Vid. supra Eccl. vs. 1124 et Av. vs. 1222 ubi particulam positam esse vidimus intra duo vocabula, quibus vulgo attrahitur dum particula singula vocabula modo praecedit modo sequitur. Si autem duo eiusmodi vocabula in sententia adsunt, quae singula particulam tantummodo praecedunt, particula vulgo sequitur vocabulum posterius. E. g. Av. vs. 459: *ὁ γὰρ ἂν σὺ τύχῃς μοι ἀγαθὸν πορίσας.*

Ran. vs. 637: *χὠπότερόν γ' ἂν νῷν ἴδῃς,*

Ran. vs. 960: *ἐξ ὧν γ' ἂν ἐξελεγχόμην,*

Ran. vs. 1373: *ὃ τίς ἂν ἐπενόησεν ἄλλος;*

Lys. vs. 1233: *ὥσθ' ὅ τι μὲν ἂν λέγωσιν οὐκ ἀκούομεν.*

Cf. Lys. vs. 1121 οὗ δ' ἄν, Lys. vs. 910 ποῦ γὰρ ἄν, Eccl. vs. 85 et Plut. vs. 252 τί γὰρ ἄν.

Av. vs. 374 πῶς δ' ἄν, Ach. vs. 307 πῶς δέ γ' ἄν cet.

Excipiuntur: Plut. vs. 107 ἡνίκ' ἂν δέ, vs. 501 τίς ἂν οὐχ, Eccl. vs. 770, 857 et Vesp. vs. 920 πρὶν ἄν γ'.

Ea quae supra enumeravimus vocabula hanc ob causam particulam ἄν attrahere videntur, quia intenduntur, quod nos vulgo significare possumus:

Apud pronomina interrogativa et particulas interrogativas vocabulo *toch* (= *tandem*, ποτέ, καί). E. g. Pac. vs. 21:

πόθεν ἂν πριαίμην ῥῖνα μὴ τετρημένην;

i. e. *vanwaar toch zou ik kunnen koopen* cet. Eq. vs. 773:

καὶ πῶς ἂν ἐμοῦ μᾶλλόν σε φιλῶν, ὦ Δῆμε, γένοιτο πολίτης;

i. e. *en hoe toch zou er een burger kunnen zijn* cet.

Apud particulas negativas vocabulo *wel*. E. g. Ach. vs. 136:

χρόνον μὲν οὐκ ἂν ἦμεν ἐν Θρᾴκῃ πολύν,

i. e. *wij zouden wel niet lang in Thracië zijn.*

Apud pronomina negativa vocabulis *wel*, *zelfs*. E. g. Plut. vs. 273:

πάντως γὰρ ἄνθρωπον φύσει τοιοῦτον ἐς τὰ πάντα
ἡγεῖσθέ μ' εἶναι κοὐδὲν ἂν νομίζεθ' ὑγιὲς εἰπεῖν;

i. e. *en meent gij, dat ik wel niets goeds zal zeggen?*

Eccl. vs. 305:

οὐδεὶς ἂν ἐτόλμα
τὰ τῆς πόλεως διοι —
κεῖν ἀργύριον λαβών,

i. e. *durfde zelfs niemand.*

Apud pronomen demonstrativum vocabulo *nu*. E. g.

Av. vs. 795:

οὗτος ἂν πάλιν παρ' ὑμῶν πτερυγίσας ἀνέπτετο,

i. e. *deze nu zou wederom van u wegvliegen.*

Apud pronomen indefinitum vocabulis *wie ook*, vel *hoegenaamd*. E. g. Ran. vs. 1458:

πῶς οὖν τις ἂν σώσειε τοιαύτην πόλιν;

i. e. *Hoe nu zou iemand, wie ook, zulk eene stad redden?*

Apud comparativum vocabulo *nog*. E. g. Av. vs. 370:

ἢ τίνας τισαίμεθ' ἄλλους τῶν δ' ἂν ἐχθίους ἔτι;

i. e. *Of wie zouden wij nog* (= ἔτι, *in 't vervolg*) *straffen, die nog* (= ἂν) *vijandiger zouden kunnen zijn dan deze?*

Apud cetera vocabula vocabulis *toch*, *ten minste*, *althans*, *nu* cet. E. g. Vesp. vs. 461:

ἀλλὰ μὰ Δί' οὐ ῥᾳδίως οὕτως ἂν αὐτοὺς διέφυγες,

i. e. *maar waarlijk op deze wijze althans* (*ten minste*, *toch*) *zoudt gij hen niet gemakkelijk ontkomen.*

Ran. vs. 1149: οὕτως ἂν εἴη πρὸς πατρὸς τυμβωρύχος,

i. e.: *alzoo* (= *in dat geval*) *nu zou hij het graf van zijnen vader hebben opengebroken.*

Si a pronominibus et particulis interrogativis, negativis vel relativis sententia incipit, neque tamen ἂν iis attractum est, haec particula plerumque proxime sequitur verbum. E. g.

Thesm. vs. 772: πόθεν οὖν γένοιντ' ἂν ἀθλίῳ πλάται; Cf. Lys. vs. 312. Nub. vs. 1333, Plut. vs. 478, 1134.

Eccl. vs. 423: οὐδεὶς ἀντεχειροτόνησεν ἄν. Cf. Pac. vs. 1200, Ran. vs. 695, 733, 948.

Av. vs. 45: ὅποι καθιδρυθέντε διαγενοίμεθ' ἄν. Cf. Nub. vs. 776.

Etiam si cetera vocabula n⁰. 3, 4 et 5 memorata prae-

cedunt verbum, neque particula ἂν iis attracta est, haec particula plerumque verbum proxime sequitur. E. g.

Pac. vs. 70: πρὸς ταῦτ' ἀνερριχᾶτ' ἂν εἰς τὸν οὐρανόν.

Ran. vs. 283: ἐγὼ δέ γ' εὐξαίμην ἂν ἐντυχεῖν τινι. Cf. Eccl. vs. 647.

Plut. vs. 1012: ἔπειτ' ἴσως ᾔτησ' ἂν εἰς ὑποδήματα.

Lys. vs. 696: οὐ γὰρ φροντίσαιμ' ἄν. Cf. Eq. vs. 1338, Thesm. vs. 1194, Ran. vs. 532, 1531, 961.

Thesm. vs. 203: κάκιον ἀπολοίμην ἂν ἢ σύ Cf. Vesp. vs. 705.

Ran. vs. 946: ἀλλ' οὑξιὼν πρώτιστα μέν μοι τὸ γένος εἶπ' ἂν εὐθὺς
τοῦ δράματος.

Nonnunquam autem vocabula illa supra memorata praecedunt verbum neque attrahunt particulam ἄν, quae tamen verbum non proxime sequitur. Haec res usu venire videtur, si hoc illudve aliud vocabulum in sententia magis intenditur. E. g.

Ran. vs. 1022: ὃ θεασάμενος πᾶς ἄν τις ἀνὴρ ἠράσθη δάϊος εἶναι.

Ubi vocabulum πᾶς intenditur (i. e. *wel elk*) ideoque attraxit particulam sic ut Vesp. vs. 347:

ὡς πᾶν ἂν ἔγωγε ποιοίην.

i. e. *daar ik wel alles doen zou.*

Cf. Av. vs. 1152: τί δῆτα πισθωτοὺς ἂν ἔτι μίσθοιτό τις;

i. e. *waarom zou iemand dan toch nog huurlingen werven?*

Plut. vs. 453: οἶδ' ὅτι
τροπαῖον ἂν στήσαιτο τῶν ταύτης τρόπων.

i. e. *zelfs een zegeteeken.*

Ceteri huiusmodi loci apud Aristophanem sunt:

Pac. vs. 627, Nub. vs. 1231, Plut. vs. 1143, Eccl. vs. 897, Ran. vs. 68. De Ran. vs. 914 et Plut. vs. 511 vid. § 2.

Ubi aliquod eorum vocabulorum quae vulgo ἂν attra-

here vidimus prorsus non intendendum est, particulam ἂν non id sequi oportet, sed verbum potius, quam ob rem assentior Elmsleio Eccles. vs. 218:

ἡ δ' Ἀθηναίων πόλις
εἰ τοῦτο χρηστῶς εἶχεν, οὐκ ἂν ἐσώζετο,
εἰ μή τι καινὸν ἄλλο περιειργάζετο;

pro librorum et Suidae scriptura οὐκ ἂν ἐσώζετο conicienti οὐκ ἐσώζετ' ἄν, quia vocabula οὐκ ἂν ἐσώζετο, quum vocabulum οὐκ, particula ἂν hoc modo collocata, intendatur, significarent: *num perdita esset?* dum sententia poscit: *nonne salva esset?* quod quia hac significatione particula negationis non intendenda est, graece verti oportet constructione οὐκ ἐσώζετ' ἄν. Quare autem Hermannus scribi velit:

εἰ τοῦτο χρηστῶς εἶχ' ἂν οὐκ ἐσώζετο

non optime intellego, neque enim haec scriptio universae regulae congruit. Vid. Herm. Lib. IV, Cap. 7, pag. 196.

Ubi ea quae per se ipsa, quia plerumque intenduntur, vulgo ἂν attrahunt vocabula non in sententia adsunt, neque haec particula proxime sequitur verbum ad quod pertinet, sequitur haec plerumque vocabulum quod maxime intenditur. E. g.

Ran. vs. 948:

ἔπειτ' ἀπὸ τῶν πρώτων ἐπῶν οὐδὲν παρῆκ' ἂν ἀργόν,
ἀλλ' ἔλεγεν ἡ γυνή τέ μοι χὠ δοῦλος οὐδὲν ἧττον
χὠ δεσπότης χἠ παρθένος χἠ γραῦς ἄν.

i. e. *zelfs het besje.*

Vesp. vs. 709:

δύο μυριάδ' ἂν τῶν δημοτικῶν ἔζων ἐν πᾶσι λαγῴοις.

i. e. *wel twintig duizend.*

Ach. vs. 640:

εὕρετο πᾶν ἂν διὰ τὰς λιπαράς, ἀφύων τιμὴν περιάψας.

Cf. Vesp. vs. 347 πᾶν ἂν (cf. Ran. vs. 1022 πᾶς ἂν).

Vesp. vs. 351: ἀλλ' ἁπαλὸν ἂν μ' ἴδοις.

Av. vs. 1129: ὑπὸ τοῦ πλάτους ἂν παρελασαίτην. cet. De Ran. vs. 572 vid. § 2.

Non tamen ubiqe haec regula valet. Nonnunquam enim particula ἂν temere in sententia collocata esse videtur. E. g.

Pac. vs. 137: ἀλλ', ὦ μέλ', ἂν μοι σιτίων διπλῶν ἔδει.

Ubi nullam causam video, quare particula post vocativum collocata sit.

Quia coniunctivus cum ἂν nunquam non aliquo vocabulo regitur, quod apud initium sententiae positum ἂν attrahat, sive hoc vocabulum est coniunctio conditionalis, sive temporalis, sive finalis, sive pronomen relativum vel particula relativa, consentaneum est particulam ἂν nunquam post coniunctivum poni.

§ 2. *Particula ἂν repetita.*

Ut negatio repetitur, si longius a verbo recessit, quam ut non videatur concinnitas orationis repetitionem requirere, e. g.

Eccl. vs. 304: ἀλλ' οὐχί, Μυρωνίδης
ὅτ' ἦρχεν ὁ γεννάδας,
οὐδεὶς ἐτόλμα

sic particula ἂν, ubi hoc illove vocabulo a verbo distracta est, nonnunquam post ipsum verbum repetitur. E. g.

Lys. vs. 572: κἂν ὑμῖν γ' εἴ τις ἐνῆν νοῦς,
ἐκ τῶν ἐρίων τῶν ἡμετέρων ἐπολιτεύεσθ' ἂν ἅπαντα.

Cf. Lys. vs. 146, Ach. vs. 709, Eq. vs. 17, Vesp. vs. 509, 927, Pac. 321, Lys. vs. 252, 1025, Thesm. vs. 440, 830, Ran. vs. 572.

Nonnunquam, si particula minus longe a verbo distracta est, tamen post ipsum verbum repetitur. E. g. Ach. vs. 307:

πῶς δέ γ' ἂν καλῶς λέγοις ἄν, εἴπερ ἐσπείσω γ' ἅπαξ;

Cf. Pac. vs. 68, Av. vs. 829, Lys. vs. 3, 191, 510 (non autem 310, quod est mendum in Hermanni libro IV cap. 3), ubi praeter verbum unum tantum vocabulum inter ambas particulas intercedit.

Itaque nihil, quod equidem video, impedit quominus Nub. vs. 1130 cum Kockio legamus: κἂν ἐν Αἰγύπτῳ τυχεῖν ἄν, quamvis Dindorfius et Bergkius scribant: τυχεῖν ὤν, neque quominus Av. vs. 1017 cum Bergkio legamus: ὡς οὐκ οἶδ' ἂν εἰ φθαίης ἄν quamvis Dindorfius scribat: φθαίης ἔτ'. Vid. Cap. IV § 1.

Ubi alterum quoque vocabulum in sententia intenditur, post hoc vocabulum particula repeti potest, ita ut verbum aut inter ambas particulas collocetur, e. g. Nub. vs. 840:

τί δ' ἂν παρ' ἐκείνων καὶ μάθοι χρηστόν τις ἄν;

cf. Nub. vs. 1250, 1383,

Nub. vs. 1056: εἰ γὰρ πονηρὸν ἦν, Ὅμηρος οὐδέποτ' ἂν ἐποίει
τὸν Νέστορ' ἀγορητὴν ἂν οὐδὲ τοὺς σοφοὺς ἅπαντας.

cf. Vesp. vs. 171, Ran. vs. 96.

aut ambas particulas sequatur, e. g.

Ran. vs. 585: κἂν εἴ με τύπτοις οὐκ ἂν ἀντείποιμί σοι.

Av. vs. 505: χὠπόθ' ὁ κόκκυξ εἴποι κόκκυ τότ' ἂν οἱ Φοίνικες ἅπαντες
τοὺς πυροὺς ἂν καὶ τὰς κριθὰς ἐν τοῖς πεδίοις ἐθέριζον.

Cf. Ach. vs. 214, Eq. vs. 855, Ran. vs. 34, Lys. vs. 42, Av. vs. 1592, Plut. vs. 511.

Nonnunquam, quamvis rarius, verbum ambas particulas praecedit. E. g.

Nub. vs. 977: ἠλείψατο δ' ἂν τοὐμφαλοῦ οὐδεὶς παῖς ὑπένερθεν τότ' ἂν

Ran. vs. 914: ὁ δὲ χορός γ' ἤρειδεν ὁρμαθοὺς ἂν
μελῶν ἐφεξῆς τέτταρας ξυνεχῶς ἄν.

Animadversione dignus est locus: Eccl. vs. 308 seqq., ubi Dindorfius scribit:

ἀλλ' ἧκεν ἕκαστος
ἐν ἀσκιδίῳ φέρων
πιεῖν ἅμα τ' ἄρτον ἂν
καὶ πρὸς δύο κρομμύω
καὶ τρεῖς ἂν ἐλάας.

Ubi particula ἂν post vocabulum ἄρτον collocata teste Dindorfio coniectura est Dawesii, cum R. praebeat ἄρτον αὖ et ΑΒΓ hoc αὖ omittat. His vocabulis pristina morum simplicitas describitur, quam ob rem vocabulum ἄρτον minime intendendum est, quin etiam languet. Itaque mihi magis placet quod Bergkius hoc loco scribit:

ἄρτον αὖ —
ον καὶ δύο κρομμύω
καὶ τρεῖς ἂν ἐλάας.

De huiusmodi collocatione particulae cf. Ran. vs. 948, de eius collocatione post adiectivum numerale cf. Vesp. vs. 709.

Quamvis particula plerumque tantum repetatur, ubi priore loco longe a verbo remota est, tamen nonnullos

locos memoravimus, ubi praeter verbum unum tantum vocabulum inter ambas particulas intercedit. Etiam occurrunt loci aliqui ubi ἂν repetitur, quamvis priore loco ipsum verbum proxime praecedat. E. g.

Nub. vs. 1056: εἰ γὰρ πονηρὸν ἦν, Ὅμηρος οὐδέποτ' ἂν ἐποίει
τὸν Νέστορ' ἀγορητὴν ἂν οὐδὲ τοὺς σοφοὺς ἅπαντας.

Nub. vs. 1250: οὐκ ἂν ἀποδοίην οὐδ' ἂν ὀβολὸν οὐδενί.

Quin etiam non desunt loci, ubi particula, quamvis verbum proxime praecedens, tamen proxime post verbum repetatur. E. g.

Thesm. vs. 196: καὶ γὰρ ἂν μαινοίμεθ' ἄν.

Av. vs. 127: ποίαν τιν' οὖν ἥδιστ' ἂν οἰκοῖτ' ἂν πόλιν;

Quamobrem nihil impedit, quominus Nub. vs. 783 Elmsleii coniecturam probemus, qui pro librorum lectione οὐκ ἂν διδαξαίμην σ'ἔτι, quia διδάσκεσθαι non est *docere*, quod sententia poscit, sed aut aliquem aut se ipsum *docendum curare* (Cf. Nub vs. 1338 et 127), scribit: οὐκ ἂν διδάξαιμ' ἂν σ'ἔτι, neque nobis coniectura Kockii οὐ γὰρ διδάξαιμ' ἂν σ'ἔτι opus est, quae ne probabilis quidem videtur propter vocabulum ἄπερρε, quod non imperativus, sed imprecatio est.

Ceterum non tantum verbum, sed nonnumquam etiam aliud vocabulum inter duas particulas interponitur. E. g.

Lys. vs. 361: φωνὴν ἂν οὐκ ἂν εἶχον

Av. vs. 1147: τί δῆτα πόδες ἂν οὐκ ἂν ἐργασαίατο;

Pac. vs. 646: ἡ δ' Ἑλλὰς ἂν
ἐξερημωθεῖσ' ἂν ὑμᾶς ἔλαθεν.

Ach. vs. 217: οὐδ' ἂν ἐλαφρῶς ἂν ἀπεπλίξατο.

De Lys. vs. 113 ἐγὼ μὲν ἂν κἂν εἰ vid. Cap. III § 4.

Particula ἂν repetitur tantummodo apud opt. pot. et apud praet. ind., nunquam apud coniunctivum, quia par-

ticulam, quae ad coniunctivum pertinet, semper certum locum in sententia obtinere vidimus § 1.

Animadversione tamen dignus est locus Eq. vs. 1108 ubi libri praebent:

ὁπότερος ἂν σφῷν εὖ με μᾶλλον ἂν ποιῇ

τούτῳ παραδώσω τῆς πυκνὸς τὰς ἡνίας. Quae lectio quia regulae repugnat, Dindorf scribit αὖ ποιῇ pro ἂν ποιῇ, Hermannus ἅν ποιῇ. (Vid. Herm. Lib. IV Cap. 5 pag. 191.) Kockius νῦν ποιῇ, Bergkius:

ὁπότερος ἂν σφῷν νῦν με μᾶλλον εὖ ποιῇ

Videamus quaenam lectio sit optima. Cleon et Agoracritus blandiuntur Demo, cui Agoracritus magis placet, quam aemulus; huic enim Demus se committere se dicit vs. 1098:

καὶ νῦν ἐμαυτὸν ἐπιτρέπω σοι τουτονὶ

γεροντατγωγεῖν κἀναπαιδεύειν πάλιν. Quo audito Cleon ei promittit hordeum quotidianum, et postquam Demus hoc aspernatus est, triticum apparatum. Agoracritus autem ei promittit panem hordeaceum et obsonium assatum. Quam ob rem Demus dubius haerens, quem eligat, cui se commissurus sit, utrumque iubet sua dona statim afferre, quia ei imperium traditurus sit qui ipsum maximis beneficiis affecerit. Non igitur hic Dindorfii lectioni αὖ *iterum*, *denuo* locus est, sed Kockii et Bergkii νῦν *nunc statim*. Praefero autem prioris lectionem, Kockii volo, quia ita levior tantummodo mutatio voculae ἂν in νῦν adhibenda est. Hermanni coniectura ἅν ποιῇ scribentis mihi prorsus non placet, primo quia nullus apud Aristophanem locus indicari potest, ubi verbum ita omissum sit, ut haec vocabula: ὁπότερος ἂν σφῷν εὖ με μᾶλλον ἅν ποιῇ idem significare

possint, ac si legeretur: ὁπότερος ἄν σφῷν εὖ με μᾶλλον ποιῇ ἂν ποιῇ, quamobrem Hermannus exemplum quaesivit e Thucydide Lib. VII Cap. 7, cuius dicendi genus scimus saepe ob nimiam brevitatem obscurum esse, neque hac in re cum Aristophanis dicendi genere convenire. Praeterea si Hermanni coniectura exemplo e Thucydide ducto defendi posset, Thuc. Lib. I Cap. III 2 mihi videtur potius memorandum fuisse; nam locus quem Hermannus memorat non omni dubio maior est, quam ob rem teste Krugero l. l. Schaeferus et Beckerus vocabulorum: πρέσβεις τε ἄλλοι τῶν Συρακοσίων καὶ Κορινθίων ἐς Λακεδαίμονα καὶ Κόρινθον ἀπεστάλησαν, ὅπως στρατιὰ ἔτι περαιωθῇ τρόπῳ ᾧ ἂν ἐν ὁλκάσιν ἢ πλοίοις ἢ ἄλλως ὅπως ἂν προχωρῇ, quae Hermannus explanare vult verbo προχωρῇ post ᾧ ἂν repetendo, vocabula ἐν ὁλκάσιν ..... ὅπως ἂν uncis incluserunt, quae non dubito quin aut posteriore manu explicandi causa oriunda sint, aut si ipse Thucydides sic scripsit, tamen potius ei vitio vertenda sint, quia quum ab omnis tum a graecae linguae indole abhorrent, quam norma ad alios auctores corrigendos adhibenda. Secundo hanc ob causam mihi Hermanni coniectura displicet, quia non contextui congruit. Fac Hermanno non opus fuisse Thucydidis loco, fac Aristophanem ipsum praebuisse apta exempla, secundum quae verbum παῇ post μᾶλλον mente repeti posset, ne tum quidem Hermanni coniectura probabilis esset, quia Demus vocabulis: ἀνύσατέ νυν, ὅ τι περ ποιήσετε adulatores adhortatur, ut statim promissa perficiant, quum ei qui optime de ipso meritus fuerit imperium commissurus sit. Lectio Hermanni autem, si explicari posset, non causam afferret, qua re festinatione opus esset, sed qua re iudicium esset diffe-

rendum, donec Demus expertus esset *uter*, *quaecunque ageret*, ipsi magis prodesset.

De particula ἂν ter repetita apud alios auctores vid. Cobet. Variae lectiones pag. 151. Nonnunquam verbum apud alterum utrum ἂν mente repetendum est, itaque sententia composita est e duabus sententiis. E. g. Nub. vs. 425:

οὐδ' ἂν διαλεχθείην γ' ἀτεχνῶς τοῖς ἄλλοις, οὐδ' ἂν ἀπαντῶν.

cf. cap. III § 5 de οὐδ' ἄν.

§ 3. *De particula* ἂν *sine verbo.*

Etiam ubi particula ἂν semel tantummodo in sententia occurrit, verbum nonnunquam apud ἂν mente repetendum est e verbo priore: E. g.

Nub vs. 689 ΣΩ. πῶς ἂν καλέσειας ἐντυχὼν Ἀμυνίᾳ;
ΣΤΡ. ὅπως ἄν; (scl. καλέσαιμι).

Cf. Av. vs. 356: οὐκ οἶδ' ὅπως ἄν. (scl. ἐκφύγοιμι) Lys. vs. 115.

Nub. vs. 5: οἱ δ' οἰκέται ῥέγκουσιν· ἀλλ' οὐκ ἂν πρὸ τοῦ (scl. ἔρεγκον). Cf. Pac. vs. 907. Lys. vs. 130.

Plut. vs. 924: ΔΙΚ. οὐδ' ἂν μεταμάθοις; ΣΥΚ. οὐδ' ἂν εἰ δοίης γέ μοι τὸν Πλοῦτον αὐτὸν καὶ τὸ Βάττου σίλφιον (scl. μεταμάθοιμι). Cf. Plut. vs. 983, Lys. vs. 130.

Nonnunquam praeter verbum etiam alterum vocabulum repetendum est. E. g.

Nub. vs. 106: ΣΤΡ. ἀλλ' εἴ τι κήδει τῶν πατρῴων ἀλφίτων,
τούτων γενοῦ μοι, σχασάμενος τὴν ἱππικήν.
ΦΕΙ. οὐκ ἂν μὰ τὸν Διόνυσον, εἰ δοίης γέ μοι
τοὺς φασιάνους οὓς τρέφει Λεωγόρας (scl. τούτων γενοίμην).

Cf. Ach. vs. 966: οὐκ ἂν μὰ Δί', εἰ δοίη γέ μοι τὴν ἀσπίδα.

Vesp. vs. 298: οὐκ ἂν
μὰ Δί', εἰ κρέμαισθέ γ' ὑμεῖς.

Cf. Av. vs. 11, 815, Plut. vs. 498, 1180, Ach. vs. 137. Saepe verbum ad particulam ἂν non e priore verbo mente repetendum, sed e priore sententia colligendum est. E. g. Nub. vs. 154. Ubi Socratis discipulus Strepsiadi monstravit, quod sit ingenium Socrati, et hic admiratus exclamavit:

ὦ Ζεῦ βασιλεῦ τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν.

discipulus putat eum etiam magis admiraturum esse, si alterum quoddam cogitatum Socratis audiverit, quam ob rem *quid igitur*, inquit, *dices*, *si alterum Socratis cogitatum acceperis?*

τί δῆτ' ἄν, ἕτερον εἰ πύθοιο Σωκράτους
φρόντισμα, i. e. τί δῆτ' ἂν λέγοις;

Lys. vs. 399. Post rixam inter chorum senum et chorum feminarum Probulus e concione prodiens queritur de feminarum lascivia in tecto festum Adonidis celebrantium, quam ob rem chorus senum *quid igitur*, inquit, *dices*, *si harum quoque superbiam cognoveris?* τί δῆτ' ἄν, εἰ πύθοιο καὶ τὴν τῶνδ' ὕβριν; i. e. τί δῆτ' ἂν λέγοις;

Lys. vs. 307 chorus senum profectus cum lignis et testa igne expleta ad feminas oppugnandas, quae acropolin occupaverunt, quum magnopere ignis fumo vexati ad portam venerunt, inter se rogant, an expediat, si ligna primo deponant, et face accensa adoriantur portam, ut, si feminae rogatae non aperiant portam , eam incendant et mulieres fumo vexent.

οὔκουν ἄν, εἰ τὼ μὲν ξύλω θείμεσθα πρῶτον αὐτοῦ, i. e. οὔκουν ἂν συμφέροι;

Thesm. vs. 773 Mnesilochus, quum Euripidem arcessere vult, neque habet, quem ad eum mittat, dicit se e dramate quod inscribitur Palamedes scire, quomodo sibi nunc agendum sit. *Sic ut Palamedes (fecit)*, inquit, *iaciam remos, postquam in iis scripsero.* Sed quia non adsunt remi, *quid autem (erit)*, inquit, *si haec simulacra pro remis disiciam, postquam in iis scripsero?*

τί δ' ἄν, εἰ ταδὶ τἀγάλματ' ἀντὶ τῶν πλατῶν
γράφων διαρρίπτοιμι; i. e. τί δ' ἂν εἴη κτέ; et deinde sibi ipsi respondet: βέλτιον πολύ.

De Lys. vs. 113, ubi Dindorf secundum Bentleii coniecturam scribit: ἐγὼ μὲν ἂν κἂν εἰ cet., Bergkius autem ἔγωγε τἂν κἂν εἰ cet. e Suidae scriptione ἔγωγ' ἂν (Suid. v. ἔγκυκλον), vid. Cap. III § 4.

§ 4. *Particula ἂν omissa.*

Diximus § 1 particulam ἂν nunquam post coniunctivum poni, quia semper aliquo vocabulo regatur, quod apud initium sententiae collocatum ἂν attrahat, ideoque hanc particulam nunquam apud coniunctivum repeti diximus § 2. Etiam ubi duo vel plures coniunctivi una coniunctione, uno pronomine relativo vel una particula relativa reguntur, particula ἂν, quae illis vocabulis attrahitur, semel tantum adhibetur. E. g. Ran. vs. 969:

ὃς ἢν κακοῖς που περιπέσῃ καὶ πλησίον παραστῇ,
πέπτωκεν ἔξω τῶν κακῶν, οὐ Χῖος ἀλλὰ Κῷος.

Av. vs. 1622: ὅταν διαριθμῶν ἀργυρίδιον τύχῃ
ἄνθρωπος οὗτος ἢ καθῆται λούμενος,

Ran. vs. 1178: κἂν που δὶς εἴπω ταὐτόν, ἢ στοιβὴν ἴδῃς
ἐνοῦσαν ἔξω τοῦ λόγου, κατάπτυσον.

Pac. vs. 939: ὡς πάνθ' ὅσ' ἂν θεὸς θέλῃ χἠ τύχη κατορθοῖ,

Pac. vs. 83: μή μοι σοβαρῶς χώρει λίαν
εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς ῥώμῃ πίσυνος,
πρὶν ἂν ἰδίῃς καὶ διαλύσῃς
ἄρθρων ἶνας πτερύγων ῥύμῃ.

Nub. vs. 618: ἡνίκ' ἂν ψευσθῶσι δείπνου, κἀπίωσιν οἴκαδε,

Quam ob rem Bothii coniectura nobis non opus est Eq. vs. 700: ἢν μὴ 'κφάγῃς; ἐγὼ δέ γ' ἤν μή σ' ἐκπίω
κᾆτ' ἐκροφήσας αὐτὸς ἐπιδιαρραγῶ.

pro κᾆτ' ἐκροφήσας κἂν ἐκροφήσας scribentis. Imo ne probabilis quidem haec coniectura nobis videtur, quia si κἂν adhibetur etiam negatio repetenda est, cui negationis repetitioni metrum repugnat.

De Eq. vs. 805:

ἢν δέ ποτ' εἰς ἀγρὸν οὗτος ἀπελθὼν εἰρηναῖος διατρίψῃ,
καὶ χῖδρα φαγὼν ἀναθαρρήσῃ καὶ στεμφύλῳ ἐς λόγον ἐλθών,

vid. Cap. II § 5 2°.

Si autem duo praeterita cum ἄν, duo optativi potentiales coniungantur, particula vulgo ad utrumque verbum adhibetur. E. g. Vesp. vs. 72:

ἣν οὐδ' ἂν εἷς γνοίη ποτ' οὐδ' ἂν ξυμβάλοι.

Ach. vs. 709: οὐδ' ἂν αὐτὴν τὴν 'Αχαίαν ῥᾳδίως ἠνέσχετ' ἄν,
ἀλλὰ κατεπάλαισεν ἂν μὲν πρῶτον Εὐάθλους δέκα.

Cf. Nub. vs. 977 seqq., 1382 seqq., Pac. vs. 639 seqq., Av. vs. 789 et 790., Ran. vs. 1374 seqq.

Nonnunquam tamen ἂν omissum est, si verbum coniunctum est cum altero verbo, quod cum hac particula est constructum. E. g. Eq. vs. 571:

εἰ δέ που πέσοιεν ἐς τὸν ὦμον ἐν μάχῃ τινί,
τοῦτ' ἀπεψήσαντ' ἄν, εἶτ' ἠρνοῦντο μὴ πεπτωκέναι,
ἀλλὰ διεπάλαιον αὖθις.

Ubi ἂν quamvis uni verbo ἀπεψήσαντ' tantum appositum tamen etiam ad verba ἠρνοῦντο et διεπάλαιον pertinere videtur.

Cf. Lys. vs. 1236:

ὥστ' εἰ μέν γέ τις
ᾄδοι Τελαμῶνος, Κλειταγόρας ᾄδειν δέον,
ἐπῃνέσαμεν ἂν καὶ προσεπιωρκήσαμεν.

Sed haec praeterita ἠρνοῦντο, διεπάλαιον et προσεπιωρκήσαμεν prorsus omissa particula ἂν neque mente repetita nihilominus explicari possunt. Sunt autem praeterita, quae dicimus *in re non facta*, et optativi potentiales, quae verbi formulae, quamvis per se ipsas particula carere non possint, tamen, coniunctae cum altero verbo cum ἂν constructo, hac particula carent. E. g.

Av. vs. 790:

εἴ τε Πατροκλείδης τις ὑμῶν τυγχάνει χεζητιῶν,
οὐκ ἂν ἐξίδισεν ἐς θοἰμάτιον, ἀλλ' ἀνέπτατο,
κἀποπαρδὼν κἀναπνεύσας αὖθις αὖ κατέπτατο
εἴ τε μοιχεύων τις ὑμῶν ἐστιν ὅστις τυγχάνει,
κᾆθ' ὁρᾷ τὸν ἄνδρα τῆς γυναικὸς ἐν βουλευτικῷ,
οὗτος ἂν πάλιν παρ' ὑμῶν πτερυγίσας ἀνέπτατο,
εἶτα βινήσας ἐκεῖθεν αὖθις αὖ καθέζετο.

Ubi praeterita ἀνέπτατο, κατέπτατο et καθέζετο non explicari possunt nisi mente repetita particula ἄν, ad duo priora verba e praeterito in re non facta ἂν ἐξίδισεν, ad postremum verbum e praeterito in re non facta ἂν .... ἀνέπτατο vs. 795.

Thesm. vs. 1016:

πῶς ἂν ἀπέλθοιμι καὶ
τὸν Σκύθην λάθοιμι;

Ubi optativus λάθοιμι nihili est nisi e priore optativo potentiali particula ἂν mente repetita.

De Nub. vs. 425:

οὐδ' ἂν διαλεχθείην γ' ἀτεχνῶς τοῖς ἄλλοις, οὐδ' ἂν ἀπαντῶν,
οὐδ' ἂν θύσαιμ', οὐδ' ἂν σπείσαιμ', οὐδ' ἐπιθείην λιβανωτόν.

Vid. Cap. III § 5.

Nonnunquam etiam ἂν omissum est, quamvis verbum non coniunctum sit cum altero verbo cum ἂν constructo in eadem sententia, dummodo in priore sententia huiusmodi verbum cum ἂν constructum adsit, et propter vocabulorum contextum haec particula facile e priore verbo ad posterius mente suppleatur. E. g.

Eccl. vs. 805:

πάνυ γ' ἂν οὖν Ἀντισθένης
αὔτ' εἰσενέγκοι· πολὺ γὰρ ἐμμελέστερον
πρότερον χέσαι πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας.

Ubi ad optativum χέσαι particula ἂν e prioris sententiae optativo potentiali ἂν .... εἰσενέγκαι mente repetenda est. Quam ob rem assentior Bergkio Ran. vs. 572 seqq. hoc modo scribentis:

ΠΑΝ. ὡς ἡδέως ἄν σου λίθῳ τοὺς γομφίους
κόπτοιμ' ἄν, οἷς μου κατέφαγες τὰ φορτία.
ΠΛΑ. ἐγὼ δέ γ' εἰς τὸ Βάραθρον ἐμβάλοιμί σε.
ΠΑΝ. ἐγὼ δὲ τὸν λάρυγγ' ἂν ἐκτέμοιμί σου.

Dindorfii autem lectio δ' ἂν ἐς pro δέ γ' εἰς scribentis mihi non placet, quia optativus ἐμβάλοιμι propter priorem optativum potentialem κόπτοιμ' ἂν particula ἂν facile carere

potest, sententia autem non particula γέ carere potest, quippe quae plerumque in huiusmodi sententiis adversativis occurrat. Cf. Av. vs. 55, 806, 845, 1042, 1053, Eq. vs. 700, Ran. vs. 283, Nub. vs. 1417, Lys. vs. 115.

CAPUT V.

CONCLUSIO.

Cum loquimur vel scribimus, cogitata nostra cum aliis communicamus. Cogitata autem nostra nascuntur ex iis, quae sensibus percipimus, aut animo fingimus. Cum praesentia et praeterita, tum futura animo ficta referre possumus, praesentia et praeterita etiam sensibus percepta, non autem futura, quippe quae nondum revera consistant, sed mente tantum concipiantur. Itaque quae Cap. I A § 1 de futuro indicativi diximus, etiam in tempore praesenti et praeterito valent, si de iis tantummodo sermo est, quae animo finguntur. Nam aut certo affirmamus ea quae esse, fuisse vel futura esse putamus, aut cum aliqua dubitatione cogitata nostra communicamus.

Praeter has duas rationes etiam alterum discrimen animadvertendum est: Cogitata enim nostra communicare possumus, quasi nihil nostra intersit, quomodo res sese habeat; quam autem rationem si vitare possumus,

raro tantummodo adhibemus. Plerumque enim, quoad nobis licet, sermonibus nostris speciem aliquam animi conciliamus. Idque merito quidem; quid enim res referremus, quae quomodo sese haberent, nihil nostra referret? Aut si interest eorum, quibus referimus, nonne decet gaudere cum laetis, cum moestis dolere? Itaque sermonis indoles mutatur animi affectione, sive haec mera dubitatio, sive spes vel metus, gaudium vel dolor appellanda est.

Ad cogitata nostra communicanda utimur signis, quae aut audiri aut conspici possint. Scribentes tantummodo signis utimur, quae conspiciantur. Loquentibus autem nobis non modo signa praesto sunt, quae audiantur, verum etiam quae conspiciantur. Loquentes enim gestibus et voce cogitata cum aliis communicare possumus. Atque vox ipsa indicare potest non modo, quae sententiae pars, cum intendatur, maximi momenti sit, verum etiam, quo sensu animus afficiatur, utrum doleamus an gaudeamus iis, quae referimus. Quin etiam, utrum certo sciamus ea, quae a nobis narrantur, an de iis rebus magis minusve dubitemus, nonnunquam voce ipsa significatur; unde proverbium illud ortum est, quo quamvis peregrino nos non raro utimur: *C'est le ton, qui fait la musique.*

Quo maior est cogitatorum diversitas, eo pluribus signis opus est ad ea communicanda. Quo magis exculta est lingua, eo plura signa praebet; atque cogitatis dicta, dictis scripta eo magis congruere possunt, quo plura sunt vocabula et constructiones. Non igitur omnium vocabulorum significationes alterius linguae prorsus

conveniunt cum vocabulis linguae, qua vertimus, sed nonnunquam ea, quibus utimur, vocabula alterius linguae, quodammodo tantum comparari possunt cum vocabulis in altera lingua adhibitis ad easdem sententias significandas. Itaque particula ἄν saepe neque nostra neque latina lingua ullo modo nisi sonitu et vocis intentione referri potest, quia loquentis sive scribentis animi affectionem ad ea quae refert indicat. E. g.

1°. Si quis simpliciter refert, quae sint vel fuerint, sive sensibus percepit, sive animo tantummodo finxit, dummodo certo affirmare et accurate enarrare velit, utitur in oratione recta aut praesenti aut praeterito indicativi. Eodem modo futuro indicativi indicat, quae futura esse affirmare velit. Sin praesentia ut meram mentis fictionem, futura cum dubitatione quadam referre vult, in oratione recta vulgo utitur optativo potentiali. Vid. Cap. I. A. Quas autem significationes particula ἄν praeterito indicativi praebere possit, Cap. I. B explicare conatus sum, ubi § 1 et § 2 de praeterito modi potentialis egi, atque § 3 de praeterito cum ἄν, quod indicet, quid non semel aut semper neque certis temporis momentis, sed quotiescunque conditioni cuidam sit satisfactum, identidem acciderit.

2°. Sententiae in oratione obliqua hanc illamve partem alterius sententiae aut definiunt aut explicant. In quibus sententiis ut vim particulae ἄν colligamus, sententias relativas, temporales et conditionales intueamur, quippe quae suspensae ab altera sententia, cuius verbum praesentis vel futuri temporis actionem sive statum significat, aut cum indicativo aut cum coniunctivo cum ἄν construantur.

Indicativus enim in sententiis relativis et temporalibus ab eiusmodi sententia suspensis accurate indicat, quid revera fiat vel factum sit, et quid sine dubio futurum sit; in sententiis conditionalibus, quid fieri vel factum esse oporteat, ut alia res simul eveniat vel evenerit. E coniunctivo cum ἄν autem in sententiis conditionalibus spes vel metus apparet, eodemque modo in sententiis relativis et temporalibus coniunctivus cum ἄν aliquid significat, quod mente loquentis vel scribentis consistit. Itaque quia vulgo non indicat aliquid, quod omni dubio maius sit, neque certam personam aut certum temporis momentum, tempus verbi in oratione recta plerumque etiam in oratione obliqua dominatur. Vid. Cap. II, § 5 1⁰ et 2⁰. Hoc igitur saepe est significationis discrimen inter duas diversas constructiones, quae non nisi uno eodemque modo nostra lingua verti possunt, quod particula ἄν loquentis vel scribentis animi affectionem ad ea, quae refert, indicat. Atque eam sententiae partem, cui animus maxime inhaeret, quae igitur maxime intenditur, particula vulgo proxime sequitur. Vid: Cap. IV § 1. Qua sententiae parte si particula longius a verbo remota est, quam ut concinnitas orationis non repetitionem requireret, aut post ipsum verbum, aut si etiam altera sententiae pars intenditur, post hanc partem repetitur. Vid. Cap. IV § 2.

Ex iis, quae de particula ἄν scripsimus, facile intellegi potest, ex hac particula linguae Graecae vim et ardorem apparere. Quacunque enim lingua aliquis loquitur, imprimis e virium et vocis intentione eius ardor animi cognoscitur. In scriptis autem e quibusnam voca-

bulis animi ardor lucidius apparere posset, quam ex interiectionibus, quibus cum lingua Graeca, tum ceterae mihi quidem notae linguae abundant? Sed earum linguarum nulla vocabulum ullum praebet, quod eodem modo pectus recludat, quo particula ἄν in lingua Graeca. Haud igitur infitiandum est, hac una vocula indolem linguae Graecae et populi, qui hac lingua usus est, quodammodo indicari. Quoniam autem comoedia sermonem popularem accuratius quam alia scripta refert, Aristophanis fabulas imprimis nobis utiles esse apparet usum et vim particulae ἄν indagantibus.

INDEX LOCORUM.

THESES.

I.

Neque in Iliade neque in Odyssea cultus ratione habita certum indicium invenitur, quo probari possit haec duo carmina diversa aetate scripta esse.

II.

Odysseae poetae sive poetis septentrionales terrae partes notae erant.

III.

Ars cadaverum condiendorum non nota erat aetate Iliadis.

IV.

Quae Plutarchus in vita Lycurgi Cap. XII de etymologia vocis φιδίτια dixit, improbanda sunt.

V.

Il. XXIII vs. 772 deleatur.

VI.

Photii Lex. μαρτύρωνται ὅταν. ἀντὶ τοῦ μαρτυρίᾳ ἐπάγωνται ἢ παρέχωνται· πολιτείας β· τὸν Ὅμηρον μαρτύρωνται.

Scribendum est: μαρτύρονται, ὅταν τινὰ ἐπὶ μαρτυρίᾳ ἐπάγωνται ἢ παρέχωνται· πολιτείας β· τὸν Ὅμηρον μαρτύρονται.

VII.

Photii Lex. voc. εὐθυωρίαν· τὴν εὐθύτητα non ad Plat. Reip. Lib. IV 436 referendum est.

VIII.

Arist. Av. vs. 70: ἡττήθης τινὸς ἀλεκτρυόνος; scribatur ἡττηθείς τινος cet.

IX.

Arist. Ran. vs. 1477:

τίς οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
τὸ πνεῖν δὲ δειπνεῖν,

Scribatur τὸ πνεῖν δὲ μὴ πνεῖν.

X.

Thuc. Lib. I Cap. III 1: Δηλοῖ δέ μοι καὶ τόδε τῶν παλαιῶν ἀσθένειαν οὐχ ἥκιστα· πρὸ γὰρ τῶν Τρωικῶν οὐδὲν φαίνεται πρότερον κοινῇ ἐργασαμένη ἡ Ἑλλάς, δοκεῖ δέ μοι, οὐδὲ τοὔνομα ξύμπασά πω εἶχεν, ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸ Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος καὶ πάνυ οὐδὲ εἶναι ἡ ἐπίκλησις αὕτη, κατὰ ἔθνη δὲ ἄλλα τε καὶ τὸ Πελασγικὸν ἐπὶ πλεῖστον ἀφ' ἑαυτῶν τὴν ἐπωνυμίαν παρέχεσθαι.

Scribatur cum Reiskio ἔχειν pro εἶχεν.

XI.

Thuc. Lib. I Cap. III 4: οἱ δ' οὖν ὡς ἕκαστοι Ἕλληνες κατὰ πόλεις τε ὅσοι ἀλλήλων ξυνίεσαν καὶ ξύμπαντες ὕστερον κληθέντες

οὐδὲν πρὸ τῶν τρωικῶν δι' ἀσθένειαν καὶ ἀμιξίαν ἀλλήλων ἀθρόοι ἔπραξαν.

Scribatur: οἱ δ' οὖν ὡς ἕκαστοι κατὰ πόλεις τε ὅσοι ἀλλήλων ξυνίεσαν καὶ ξύμπαντες ὕστερον Ἕλληνες κληθέντες cet.

XII.

Oed. Col. vs. 791:

ἆρ' οὐκ ἄμεινον ἢ σὺ τἀν θήβαις φρονῶ;
πολλῷ γ', ὅσῳπερ καὶ σαφεστέρων κλύω,
[Φοίβου τε καὐτοῦ Ζηνός, ὃς κείνου πατήρ].

Deleatur versus quem uncis inclusi.

XIII.

Xenoph. Anab. Lib. I Cap. 5: ὅστις δ' ἀφικνεῖτο τῶν παρὰ βασιλέως πρὸς αὐτὸν πάντας οὕτω διατιθεὶς ἀπεπέμπετο ὥστε αὐτῷ μᾶλλον φίλους εἶναι ἢ τῷ βασιλεῖ.

Pro διατιθείς scribendum est διαθείς.

XIV.

Homeri Iliadis Lib. III vs. 100 pro ἀρχῆς scribatur ἄτης.

XV.

Il. VI vs. 137 ἔχ' ἑ pro ἔχε scribendum est.

XVI.

Sophoclis Antig. vs. 687 γένοιτο mutandum est in λέγοιτο.

XVII.

Soph. Ai. vs. 783 adiectivum σοφός mutetur in σαφής.

XVIII.

Immerito Niebuhrius negat vocem consulis derivatam esse a verbo consulendi.

XIX.

Recte Weissenbornius Liv. Lib. I Cap. 36 pro Mss. lectione mille et octingenti equites *mille et ducenti equites* scripsit.

XX.

Dictatore dicto non secundum Polybium Lib. III Cap. 87 omnes magistratus praeter tribunos plebis munere se abdicabant.

XXI.

Corn. Nep. vitae Milt. Cap. I, 2. Ex his delecti Delphos deliberatum missi sunt [qui consulerent Apollinem], quo potissimum duce uterentur.

Delenda sunt vocabula, quae uncis inclusi.

XXII.

Cicero in Verrem Lib. V Cap. 10 § 26 ed. Halmii legitur:

dici brevitas conviviis, noctis longitudo stupris et flagitiis *continebatur*. Scribendum est *conterebatur*.

XXIII.

Ov. Met. VIII vs. 665. Conditaque in liquida corna autumnalia faece.

Pro *conditaque* scribatur *condita* a verbo condiendi.

XXIV.

Sall. Bell. Iug. Cap. LXVIII 2. Planitiem locis paullo superioribus circumventam.

Scribatur *cinctam* pro *circumventam*.

XXV.

De mededéeling van Strabo Lib. IX Cap. II (pag. 403), dat Xenophon zou medegestreden hebben in den slag bij Delium, is niet in strijd met Xen. Anab. Lib. III Cap. I § 14 en 25.

XXVI.

Ten onrechte verklaart Schweighäuser de uitdrukking van Polybius Lib. I Cap. II ὁ τῆς πραγματικῆς ἱστορίας τρόπος door de woorden: *illud genus historiae conscribendae, quod in rerum gestarum ratione atque causis accurate explicandis versatur.*

XXVII.

De philosophische of beredeneerde behandeling der geschiedenis, welke Schweighäuser op bovengenoemde plaats bedoelt, door Polybius zelf Lib. II Cap. XXXVII ἀποδεικτικὴ ἱστορία genoemd, is af te keuren.

XXVIII.

Het verhaal van Polybius betreffende Hannibals tocht over de Alpen (Lib. II) verdient meer geloof dan dat van Livius (Lib. XXI).

XXIX.

Ten onrechte beweert Monastier, dat de Waldenzen reeds van het begin der Christelijke godsdienst bestaan hebben.

XXX.

In Griekenland is het polytheïsme uit het monotheïsme ontstaan.

XXXI.

Met recht beweert Kock in de voorrede zijner uitgave der Aves van Aristophanes, dat de belachelijke wijze, waarop deze blijspeldichter zich over de goden uitliet, aan het volk niet oneerbiedig of goddeloos voorkwam.

XXXII.

Aristophanes geloofde evenmin aan de goden, als zij tegen wier philosophie hij de oude godsdienst in bescherming nam.

XXXIII.

De meeste aanleiding tot strijd ontstaat uit eene onbepaalde beteekenis der woorden.

XXXIV.

In den Palamedes is de gezindheid van Vondel jegens Maurits onrechtvaardig.

XXXV.

Het is niet wenschelijk, dat het Midden-Nederlandsch op de gymnasiën onderwezen worde.

XXXVI.

Het werkwoord *onderwijzen* tegelijkertijd met eenen accusativus van de zaak en van den persoon te verbinden verdient afkeuring.

XXXVII.

De beoefening der Grieksche en Latijnsche taal bevordert elke andere taalstudie.
